



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

FORCIANÆ  
QVAESTIONES,

*In quibus uaria Italorum ingenia ex  
plicantur, multaq; alia scitu  
non indigna.*

A V T O R E  
Philalthe Polytopiensis  
Ciue.

M AVRITII SCÆVÆ C ARMEN.

*Quos hominum mores varios, quas denique mentes  
Diuerso profert Itala terra solo,  
Quisve viris animus, mulierum & strenua virtus,  
Pulchrè hoc exili codice, Lector, habes.*

LOVANIÏ,  
EXCVDEBAT IACOBVS BA  
THENIVS, ANNO 1550.

*Prostant apud Martinũ Rotarium*



FORCIAN  
RVM QVAESTIONVM  
LIBRI II.

ad Franciscum Turchium Pa  
cium Lucensem :  
Autore Philalethe Polytopi  
ensi ciue.



VANTA me benevolentia p  
quatur Vincētius Bonuifius  
tisq; officijs me sibi dcuinct  
beat, nec tu suauissime Fra  
ignoras, & ego me hercule  
solūm non dissimulo, sed lib  
etiam vbiq; prædico. Is tamen quasi illius in me  
clara merita non satis constare, diffideret vt sua  
gregiæ ac amicæ voluntatis pleniorē significat  
exhiberet, me perduxit ad urbem vestram cum  
ingenuarum artium florentem, tū etiā opibus &  
fico quodam animorū cōsensu, ad vestram hanc  
non solūm ornandā sed augendā & illustrandam  
quam ijs iam sit ornamentis instructa, vt per exig  
ri possit accessio. Est enim & optimis legibus  
Etissimis institutis fundata, incorruptissimis iu  
constabilita & quod caput est honestissimis c  
referta, ad quorum amicitia grauissimo ac religi

mo Vincentij testimonio ita mihi aditus est patefactus  
 sicq; factus sum illis intimus vt nihil iam habeāt tam  
 in omni vita propositum ac deliberatumq; vt de meis  
 commodis & ornāmētis cogitent. Quale verò iā dede  
 rint specimē, quantāq; voluptate Lucenses hosce dies  
 quibus absui traduxerim, si perscriberem, existimaui fa  
 cturum me tibi rem neque ingratan, neque odiosam.  
 Consumpti enim sunt, mihi crede, tanta cū iucunditate,  
 vt maiorem nunquam meminerim. Non fuimus in vrbe  
 amplius duodeviginti dies. Ea certe visa est (quan  
 quā pusilla) non solūm Ethruriæ vrbes, quas videre li  
 cuit superare, sed etiā (quod bona tamen pace dictum  
 velim) totius Italiæ. Nihil planè earum rerum quæ ad  
 vrhis splendorem faciunt, desiderari potest. Primum,  
 mire me affecit fluuius ille pellucidus, & quouis tem  
 pore tam gelidus, vt vix pedibus pertētari queat. Non  
 mediocriter oblectarunt magnificæ ædes, singulari qua  
 dam artis peritia exædificatæ. Pari delectatione affe  
 cerunt marmorea templa, orientem versus spectantia,  
 & ea loca quæ ab eò hominum genere habitantur,  
 qui à solitudine nomen induerunt. Videbantur enim  
 nihil aliud spirare præter sanctitatem & vetustā illam  
 Ethruriæ disciplinam. Ita me Dijs bene ament, vt quo  
 ties illa inspicerem (Fiebat autem, quæ sua est benis  
 gnitas crebro inspicundi copia) si nō videbar intueri  
 illa vestuta Syriæ ac Tebaidis sodalitia. In ijs enim,  
 quod me certe vehementer oblectauit, summa puritate  
 traduntur Euangelicæ literæ, illinc petuntur Sacre  
 conciones, & lustricæ peccatorum cōfessiones, illinc  
 dantur

dantur respōsa, & si quis peccatorum pœnitentia & dolore consternatam habeat mentem, illinc petit qui erigat & consoletur. Si verò tibi narrauero quanto pere delectatus sim plateis, ac vijs tã politis, ut etiam nō calceatus possis totam urbem obire, nimius fortasse videbor. Prætereo quidē multa, quæ mihi visa sunt quàm optime instituta, quæ me hercules non sine nefario scelere reprehendi possent. Sed quid dicam de sanctissimo illo vestro senatu populoque Lucensi? Equidem satius esse puto tacere, quã pauca dicere: non possum tamen mihi temperare quin aliquid dicā: nusquam vidi tam seuerè mores corrigi, tã incorrupte iudicari, tam religose Deum coli: illic non sunt qui fœminarum oppugnent pudicitiam, qui peierent, qui furentur, aut qui in popinis patria bona obliguriant. Nusquam vidi tantã adhiberi curam quo bonarum artium studia floreat. Vndique, si sit opus, accersuntur amplo stipendio qui iuuentutem & bonis moribus imbuant, & optimis artibus instituant. Accessi enim sæpius ad vestros professores, neq; certe potui (vt nihil dissimulē) non ex animo inuidere vestræ iuuentuti, quæ tam studiosè discit, & tã egregie instituitur. Fortunatos illos bona si sua norint. Habēt per insignes præceptores, quorum alter Baptista Bononicus, & re & cognomento Pius, quæ verò eruditione, ex ingenij sui monumentis cognitum puto. Alter verò Gerardus Dicæus, vir omnium laude, prædicatione, literisque decorandus, quo vno ciue, satis ornata esse posset vestra R. P. etiam si omnibus alijs vel fortunæ, vel naturæ ornamentis des-

stituta sit.

stituta sit. hunc etiam præter cæteros tui studiosissimum cognoui. Nos quotidie discessum ab urbe cogitabamus, nō quòd ulla nos cœpisset satietas, id enim in tanta amœnitate fieri nunquam potuisset. At qui non deerant qui darent omnem operam ut nos diutius in urbe detinerent, quo liberius nostra consuetudine frui possent. Sed cōstitutum erat Ludouici Bonuifij suasu, Fortium proficisci, ubi & animos & corpora itineris difficultate fracta & debilitata recreamus. Illic igitur peruenimus, ne viuam, si quẽ locum nactus sum vnquam aut amœniorem, aut ad recolenda studia aptiorẽ. Cælum ipsum indies magis arridebat, suoque benigno aspectu ita nos dulciter detinebat, ut de reditu, ac si lotum gustauissemus, nihil amplius cogitarem: illic erant omnia læta & iucunda. Si quid molestiæ in aĩo habeas, ut sæpe contingit, eijcitur statim, atque omnis expuitur miseria. Sumpsissem mihi libẽter describendi loci negotium, nisi tibi bene cognitum esse considerem. Scio te sæpe solitum, illic omnes tuas curas, omnesque animi tui sollicitudines deponere, & recte quidem, nam ad depellendam mœsticiam & animum gaudio explendum, mihi propemodum factus videtur. Contigit semel ut inter oliueta quædam obambulantes, nescio quo fato in hunc sermonem incideremus, nempe vnde tanta ingeniorum diuersitas, tamque multiplices naturæ existèrent, ita ut vix duo aut tria paria inuenire possis, quæ non sint plane dissimili ingenio. sic placuit omnibus hæc quæstio, ut cæteris sermonibus reiectis, huic vni tantũ incuberemus. Sedimus itaque in illo gratissimo

tissimo secessu, quo tu quoq; animi relaxandi gratia conuenire solitus eras: vt te verò nostrarū deliciarum nihil suffugiat, decreui eorum quoq; nomina cum virorum, tum mulierum, qui nostris sermonibus interfuerūt perscribere. Fuerunt autē, (si recte memini) Martinus & Ludouicus Bonuisij animo & natura fratres, vsq; dotibus præditi quibus liberos homines, ac tã honesto loco natos esse decet. Hieronymus Arnolphinus summo ingenio summaq; prudētia, Ioannes Guidiccionus, vir cum foris clarus, tum domi admirandus, Bernardinus Cinamus, nō tam ingenio & prudentia q̄ religione ac fide singulari. Martinus Gilius præstanti singularique natura, duabus (nisi fallor) interiectis hōris, ad uenerunt Vincentius & Ioannes Bonuisij, viri cum magno & excelso animo, tum etiam aperto & simplici ac nulla vel in hostes maluoletia suffuso. Postremo Nicolaus Turchius frater tuus & volūtate & sentētia tibi cōiunctissimus, secunq; perduxit Annibalem Crucæium & Iulium Quercensem vrbis nostræ Ciues clarissimos & alta quadam mente præditos, omnium verò postremus Vincentius Guinigijs, vir antiqua virtute & fide. Ex mulieribus verò, Clara Cinama omnium quot sint, aut vnquam fuerint humanissima Catharina Sbarra lectissima & pudicissima. Margarita Bernardini forma mirum in modum luculenta & candidissimis moribus prædita, Camilla Bernardi Guinigia in qua profecto nescias, quid potissimum laudes. pectus est consilio ac prudētia plenum, os pudentissimum vultus venustus & modestus, incessus grauis & res

A 4 gium quid



gium quiddam spirans. Catharina Bonuifia, plena sua  
 uitatis, officij, ac diligentiae. Confederat quisque in  
 eo loco quē ei fors obtulerat: certe nos puluina nula  
 attuleramus, itaque per herbam fusi, sermones nos-  
 tros inceptauimus. L V D. Fui ego sapissime in hac  
 cogitatione, quid caussae esset, quod tam vario simus  
 ingenio, & ea dēre, cum multis neque indoctis, neque  
 insulsis communicauimus, nunquam tamen potui vel ad te-  
 nuem coniecturam euadere, quoties etiam nunc admi-  
 ror. Quoties huius rei causam requiro, neque qui mihi  
 satisfaciāt, usquam reperio. C R V C A E I V S. Istuc  
 pol cuperem ego etiam intelligere. Sed quae so te  
 expedi mihi quae sit haec hominum multiplex natura,  
 de qua videre tam sollicito animo esse, non enim satis  
 intelligo, si quidem mihi eiusdem naturae videntur om-  
 nis homines esse, cum vna tantum & non plures sint  
 naturae. L V D O V I C V S. Loquar igitur apertius,  
 ne nos aequiuoca fallāt, aut tibi ullus relinquatur argu-  
 tādilocus, video enim te ad cauillos probe instructum,  
 libenterque arguari: & si omnium minime ignores non  
 deesse iuuenem optimis studijs deditum, Sophistarum  
 argutijs, ac arte contortis syllogismis tantopere dele-  
 ctari: ostendamque in omnibus ferē nostris actioni-  
 bus, nos esse dissimiles: atque a doctrinae studijs pri-  
 mum exordiar, quorum scio vos omnes percupidos  
 esse. itaque abs te peto, qui sit ut non omnes iisdem stu-  
 dijs delectentur? Sed alios alia sectari studia. Amatis  
 vos Mediolanenses iuris prudentiam, eique cum blat-  
 tis & tineis certanti, & opem & lucem multam attu-  
 listis

listis , atque Latinis literis , quod nemo ante vos fecit, illustrastis. CRVCAEIVS. Amamus certe (vt dixi) iuris scientiam, ita tamen, vt cæterarum disciplinarum cognitionem nemo queat iure nobis adimere. Laudem verò illam ingentem, qua tu nos ornas, Alciato nostro debere libenter fatemur. LVDOVICVS. Tantum abest, vt de vestra laude quippiam sim ego detractus, vt vehementer cupiam vos nostrarum particeps fieri. Et si vobis tribuam maiorem iuris scientiam, nolim propterea alias adæptas esse. Amant Florentini eam Philosophiæ partem, qua principes rerum causæ traduntur: plurimi faciunt Calabri Græcas literas. Neapolitani Ethruscas, Lucenses diuinas, Veronenses politiores, Vincentini eam Philosophiæ partem quam augentes Latinam linguam moralē nominarunt, Bononienses Mathematicas disciplinas, Venetiam Musicam, Ferrarienses, Patavini, ac Salernitani Medicinam, Senenses Dialecticorum argutias, præsertim si ab ea secta tradatur quam nominalium appellant. Perusini ius Pontificium, Mantuani Hebræorum literas, Papienses Sophistarum nugas. In exercenda verò mercatura quantam, Dij boni, dissimilitudinem perspicio. Sunt Florētini callidi, atq; ne vel minimam iacturam faciant, quosuis labores & quæuis incommoda libenter perferunt. Hanc verò Lucenses negligenter, ac minore cupiditate exercent, & datam fidem nunquam fallunt. Genuenses omnium hominum avidissimi, ac laborum tolerantissimi, lucri faciendi gratia, desertissimas ac remotissimas quasque regiones ad-

unt

unt. Veneti verò, aliam habent exercenda mercaturæ rationem. Sunt enim excelsiore animo in hac re præditi, vel lucrum referunt, vel insigne detrimentum accipiunt, præsentique pecunia & emunt & distrahūt. Cæteris verò Italiæ mercatoribus, satis est obstrinxisse fidem. Mediolanenses tam mirabili sunt ingenuitate, tantoque animi candore ut rei venalis vicium (si quod inest) palam indicent, mallentque mori quam adstrictam fidem non liberare. A mercatura ad militiam propero, inter quas non nihil est affinitatis dum alius alium anteuertit, præripitque lucrum. In hac strenui sunt Perusini, rapaces Piceni, præcipites Calabri, fortes, sed inconsulti Emiliani, norunt strata gemata omnia Spoletini, crudeles Ferrarienses & Placentini, felices Senenses, truces Romani, probantur Mantuani equites, pedites non ite. Animosi Bononienses, sed Imperatori exercitus parum obediens. Intrepidi Mediolanenses, sed suis plus mali inferunt, quam hostibus. Maritimis præ alijs nulli cedunt Genuenses, terrestribus verò, veluti languidæ pecudes sunt: ubi strepitum tormenti bellici senserint, illico animus timore obstupuit, neque pes, neque mens satis suum officium facit: diceres Niobe stupidiore factos, aut pulchre appotos esse. Cremonenses pugnae ordinem eleganter constituunt, atque bellissime acies instituunt. Nulli melius Neapolitanis, hostem adoriuntur, instant, premunt, ac dextra leuaque feriunt. Optime sustinent impetum, atque urgentibus resistunt Fauentini, premunt cedentes, ictus incutiunt, incussos deuitant. Per iucundum

cundum est spectaculum intueri Forolivienses adducum signa dimicare ac proferre gradum. Non potest autem satis narrari quanta dexteritate Pistorienses Clypeo ictus excipiant, ac contemnant. Acrius in hostem insurgunt Laudenses: Patauini verò & Veronenses optime insident equis, vrgēt stimulis, ac frenis moderantur, atque omnem in partem circumfleūt. Nulli melius Firmanis militibus tela ingerunt, aut vibrant lanceas, ac torquent hastas. Papienses nunquam nisi prorsus desperata victoria, de fuga cogitant. Fugientes insequuntur strenue, maētant, deripiunt, profligant. Viscentini sæpe numero desperata victoria, ad vindictæ spem animū accendunt. Tacchène Venetos? I V L I V S Non facies certe si sanus fies, sunt enim Veneti toto orbe clarissimi. L V D O V I C. Neque me latet, iam vsque ab initio sermonis nostri illos cogitabam, nescio me hercules qui factum sit vt tam diu distulerim. Sunt itaque in apparandis classibus, extruendis arcibus, muniendis castris, locandis præsijs peritissimi. Brixienfes excellunt extruendis vallibus, compingendis aggeribus, euacuandis fossis, suffodiēdis cuniculis, & fabricandis Machinis: Bergomates verò confingendis dolis, comportandis com meatibus, locandisq; insidijs. C R V C Æ I V S. Sed vbi quæso tuos Lucenses omittis? noui ego certe multos rei militaris scientissimos. Cur etiam Florentinos non cōmemoras ac reliquas Etrusuriæ partes? L V D O V I C. Eram omnino illud facturus, quanquã serius. Cognoui Lucenses meos bene ciuitates obsidere, admouere Machinas, fremere tor-

mentis

mentis, perfodere muros, concutere turres, ac primos  
 semper occupare maxima. Pratenses & qui Politiaman  
 montem habitant, spoliant templa, vastant agros, diripiunt  
 vrbes ac incendia parant, Piscicenses, Collenses  
 & reliqua Ethruriæ fex, stuprant viduas, rapiunt vir  
 gines, ac cædibus omnia replent. Florentini autem, id  
 tantum in prælijs spectant, vt victoria potiantur, ad  
 prædam minime auidi. Sunt autẽ optimi exploratores.  
 Posteaquàm bellatores commemorauimus, nõ alicnum  
 fortasse fuerit de ijs pariter discernere quæ ad conficienda  
 bella pertinere existimo (nisi vobis molestum sit) quòd certe nolim.  
 C R V C A E. Mitte quæso Ludouice, hanc sollicitudinem quæ te  
 excruciat, ac meo periculo perfidèter narra quæ velis: An non  
 vides, quanta omnes audiendi cupiditate flagrent? potes tu quidem  
 facile, vel me tacente, illud cognoscere. Altum in primis  
 silentium, nullus est qui tussiat, screet, aut roncosciat,  
 nullius aures vel leui susurro personantur. Quid tu igitur  
 times ne nobis negotium faceffas, aut vllam molestiam parias?  
 L V D O V I C. Instrumenta verò quæ ad conserenda prælia faciunt,  
 necesse est etiam è varijs locis comportare. Afferunt pecunias  
 Venetibus abundans. Ferrarienses sulphurcum puluerem &  
 bellica tormenta. Galcas Mediolanenses, Equos Neapolitani,  
 Carros Placentini, Clipcos Parmenses, Tentoria Cremonenses,  
 Enses Taruisij sarauallun, Lanceas Papienses, Calcaria  
 Viterbienses. Afferunt Pistorienses optimos pugiones.  
 Vincentini & Bononienses, ea præbèt arma quibus vulnere  
 fiunt circularia, & oim  
 pcfli

pestilentiſſima. *Laudenſes præbent comneatum. Me diolanenſes verò & Neapolitani plus cæteris bellorū incommoda perferunt. Hem vides ſi non hæc inter ſe valde diſcrepant, poſſem ego hoc pacto ſi velim in inſinitum expatiari. CRVCAEIVS. Quid obſtat cur non tuo arbitrato expatieris? me certe iuuaret pluriſimum iſta tua expatiatio. LVDOVICVS. Plurima quidem obſtant, illud verò in primis vt vobis ſit etiam narrandi locus. CRVCAEIVS. Ego (de me loquor) quid dicam pol nō habeo, tantū huc auditurus acceſſi. vos qui multa loca peragraſtis id efficite, præbeo me attentū auditorem, neque vos vel tantillum interpella bo, etiam ſi noſtris parū faueritis, hæctenus plus certe tribuiſtis quàm ipſi pro ſuo pudore poſtulare auſint: Equidem valde miror Ludouice, cur nobis in re tā nullius negotij morem gerere tantopere graueris, quid ſi duram aliquam cœpiſſes prouinciam? hui quàm inuitus faceres? Cur tu Martine Bonuiſi, hunc nō vrgeſ? MARTINVS. Vrgeo ſanè, ſed opera luditur, nam eo ingenio eſt, vt ſi quid ſe nolle ſemel affirmarit, ſin pertinaciter, mea ſententia, vſque ad extremum permansurus. CRVCAEIVS. Amabo te igitur Catharina, coge virum tuum quem ſemper tam facilem experiris, vt narrare pergat. CATHARINA. Putatis igitur mihi eam operam præſtaturū, quam vobis denegarit, quorum cauſſa omnia & vult & cupit. Non video hic eſſe quemquàm qui facillime non impetret modo ipſe ex animo, non pertētandi gratia peti intelligat, non dubiū eſt quin Arnolphinus pro ea familiaritate quam*

ſecum

secum intercedere voluit impetratū ferat. **C R V C A E I V S.** Quid si ne hic quidem impetrauerit. Ego certe nimium turpe duco ab eo sermone desistere, è quo non solum mirifica voluptas, sed incredibilis percipiatur utilitas. Quid potest quæso utilius afferri, quam si nostrorum hominum quibus cum frequens est vsus, ita depingas ingenia, vt scias, quorum tibi consuetudo prodesse, aut officere possit. Ego me hercules non minus hac narratione delector, quàm si quis postea acutissime Philosophando huiusce rei, quam nunc quærimus, rationes explicet. **V I N C E N T I V S.** Si ita est, quem admodum tu nunc affirmas, poterit Arnolphinus tam diligentem operam nauare, vt nihil sit amplius quòd desideres. **A R N O L P H I N V S.** Nihil est certe tam difficile quòd vestra causa non similibenter factururus, sed vereor ne cum id oneris subeam, quòd Ludovicus recusauit, nimium temere videar facere. **V I N C E N T I V S.** Nihil profecto video cur dubites? facies tu certe omnibus rem gratissimam, futurumque polliceor vt à tuo ore pendeat. Fluet enim oratio quouis nectare suauior. **A R N O L P H I N V S.** Si vlla in re visi sunt vnquam mihi interdiscrepare Itali, certe in ratione vitus discrepant. Cognoui primum Neapolitanos summo splendore & plus saccari absumere, quàm panis, cauibus præterealibentissime vesci. Florentinos parcos, non auaritia, neque inopia, sed natura, mira tamen sunt munditici: habet in delitijs paruos quosdam caseos qui à mense Martio nomen traxerunt, dictique sunt Martiolini. Lucenses in victu quemadmodum in plerisque alijs rebus, auream illam mediocritatem quæ

tantopere placet peripateticis sectantur: delectantur in plurimum quibusdam piris, ea esse puto quæ olim Tiberiana dicebantur. Tenuissimi sunt Genuenses, nullaque mūditiæ, victitant Mantuani vilibus phasellis Ferrarienses raro peregrinos ad eorum mensas admittunt: quo consilio id agant, nō facile dixerim. Victitant Patauini pisciculis minutis obolo emptis: Veneti paruo obsonantur, tenuiter viuunt Arctini, splendide Senenses caseisq; recentibus mirum in modum delectantur. Copiosi Mediolanenses, & ijs rebus frequenter vtuntur, quæ ad irritandam ciborum appetentiam faciunt. Papienses vescuntur libenter lactucis, cæpis atque alijs. Nouocomenses infinitis epulis mensas instruunt atque edendi nullum finem faciunt, butiro vescuntur cupidissime, atq; strenui sunt potatores: Lacticiniorum & omnis generis fructuum frequens est vsus apud Placentinos. Magnifice admodum viuunt Veronenses. Basilice, Vicentini, Delectantur anseribus Ariminenses, ficibus Piceni, & suilla carne appetūt Taruisini ranunculos & canculos, lauta est Bononiensium mensa, ei tamen lauticia & splendore Cremonensis non cedit, utrique verò farciminibus delectantur. Piscem quàm carne lubentius vescitur Perusinus (modo ex eorum lacu prodierit) cæteros contemnit. Astenses opipare viuunt Laudenses copiosi, sed inconditi, Terdonenses ac Nouarienses nimium acribus delectantur. Pedemontani omnem in victu gallicanum nescio quid redolent. Anconitani sordidi sunt. Reliquas Italiæ nationes persequi nō est consiliū, tum quod nō satis cognitæ sint, tum vt sit etiam



etiam alia quæ desiderantur narradi ocium, sed prorsus  
 animi p̄deco quid nunc persequar, equidem desiderium  
 vestris obsequendi studijs animũ meum diuorsetrahit,  
 rapitque, modo in hanc, modo in illam partem. Cupe-  
 ret Guinigius primum expediti variã orationem. Sed  
 me Turchius acriter vrget, vt varietatẽ vestitus edif-  
 seram, quòd certe libẽter facio, tũ quòd ei scio me rem  
 gratam facturum, tum quòd paucissimis me posse expe-  
 dire confidam. Olim splendidissime vestiebant Medio-  
 lanenses, Sed postquã Carolus Cæsar in eam urbem  
 tetran & mõstruosam Bestiam immisit, ita consumpti  
 & exhausti sunt, vt vestimentorũ splendorem omnium  
 maxime oderint, & quẽadmodum ante illa durifs. An-  
 toniana tempora nihil aliud ferẽ cogitabant, quã de  
 mutãdis vestibus nũc alia cogitant, ac mente versant.  
 Non potuit tamẽ illa Leuiana rabies tantum perdere,  
 neque illa in exhausta depredandi libidine tantum ex-  
 pilare, quin à re familiari adhuc belle parati sient, at  
 que ita vestiant, quemadmodum decere existimant. Et  
 certe nisi illa Antonij Leuæ studia egregios quosdam  
 imitatores inuenissent, meo quidem iudicio, nulli ces-  
 derent. Neapolitani nimios exercent in vestitu sum-  
 ptus. Genuensium vestitum perelegantem iudico, neq;  
 sagati sunt, neq; togati. Ecce me oblitus erã Venetorũ.  
 Ii togati omnes. Decet quidem ille habitus adulta eta-  
 te homines: Iuvenes verò (si quid ego iudico) minime:  
 vtuntur panno, quem ipsi vulgo Venetum appellant, ita  
 probe cõfecto, vt perpetuo durare existimes, sæpissi-  
 me verò eas vestes gestant nepotes, quas olim tritavi  
 gestarunt

gestarūt. Noctu autem dum scortantur, ac potant, Hispanicis palliis vtuntur. Si non habeant, dant omnem operam vt aliunde, quo iure, quaq; iniuria corradant, cogunturq; interdū peregrini suos deserere. Ferrarienses ac Mantuani nihil tam diligenter curant, quàm vt habeant aureis quibusdam frustillis adornatos, atq; nutanti capite incedunt, sc̄que quouis honore dignos existimant, Lucenses, neque abiecto vestitu. Florentinorum habitus mihi quidē ridiculus videtur. Reliquos omitto, ne nimius sum. Placet nunc variam orationem aggredi, in qua (si quid iudico) potissimum differunt atque se vicissim deludunt. Irridentur Mediolanenses à multis, ipsi interim multos deludūt. Neapolitani Calabros, Calabri Appulos, Appuli Hdruntinos, hos autem omnes Romani, Romanos Hetrusci. Hetrusci verò quanquàm ceteris excellent, effugere tamen non possunt, quin & ipsi ridiculi sint, aut saltem quin se mutuo lacerent. Multa sanè perperā pronuntiant & Florentini & Lucenses. Rudis videtur plerisque Mediolanensium oratio, explicāt illi tamen facile animi sui cōceptiones, neque quicquā emendicati, aut affectati habēt. Tardi sunt Veneti, eorumq; pronuntiatione nihil putidius. Ridicula Genuensium, neq; literis consignari potest. Iucundissima Senensis, nō minus iucunditatis, aut fortasse plus Fiorentina haberet, si voces non ingurgitaret, aut non ita palato lingua iungeretur. Qui vult Musas loquentes audire, is eos Lucenses audiat, qui nō peregre fuerint. Sūt Ferrarienses oratiōe plane ferrea: id est, vt ego interpretor, in defessa. Duriter

B

pronuntiant

pronuntiat Bergomates ac Brixienses, faceta est Perusina, non oïno in suavis est Bononiensis, celcius loquuntur Spoletini, Versuti sunt in oratione Fulginate, balbi Nouocomenses, graueis Capuani, superbi Romani, festiui Pistorienses ac Pratenses, non vacat dictarijs Cōsentina, plena fastidij & iactantiæ Neapolitana. Prompti sunt Narnienses, mendaces Piceni, Leucis Umbri, vacat Lenocinijs omnibus Nauariensis, lapides loquuntur Appuli. Afferunt incredibilem molestiam Pedesmontani, omnium verò peramœni sunt, qui Politianum montem incolūt. **VINCENT.** Vix possum præ gaudio intra pelliculam me continere, propterea quòd me auctore tot tantaq; ex Arnolphino didicimus, quàm Graphice hominum mores depingit, quàm belle omnia obseruat: perge quæso Arnolphine, atque nobis varias narrationum istarum dotes enarra. **ARNOLPH.** Vos me ita vrgetis, vt cogar multa præterire, neq; possum eum in narrando ordinem seruire, quem mihi proposueram, ne interpellate quæso. Constituerã in animo meo prius consilia, deinde orationẽ attingere, videbor certe parũ sobrius qui nunc Appulos attingã, nũc Emilianos, à Brutijs ad Volscos à Volscis mox ad Lucanos curro. Erat mihi cõsiliũ, cũ tenorẽ seruare, quẽ locorũ constitutio ac positura videbatur efflagitare. Aperiã nunc quæ sit in consilio aut dando, aut accipiendo dissimilitudo. Præstant consilio Mediolanenses, sed aliorum gratia potiusquàm sua. Sunt nullo consilio Genuenses, Rumor est Venetos abũdare. Sunt perutili cõsilio Lucenses, idque aperte indicarunt, cùm in tanto totius Italiae

lie

Italia ardore, tot hostibus circumsepti suã libertatem ad quam nati videntur, semper tutati sint, nulla quidem aut capitis, aut fortunarũ ratione habita. Quis porro non vehementer admiraretur? Quis callida consilia non stupeat? Equidem quotiescunque cogito quantã prudentia ingruentes procellas ciuitarum, quanta solertia impendẽtia pericula effugerint, adducor in stuporem. Lucanis verò summum est studium, eos deludere qui cõ filij captandi gratia ad eunt, ipsi verò omnia inconsulte & temere faciunt, Brutij optimo sunt consilio, sed vt incommovent, ac perniciem afferant, in rebus quæ sunt magnæ deliberationis, dictu mirum quã stulti sint, iisdẽ planè dotibus instructi sunt Volsci, nisi quòd ad cædes ac furta paulo propensiores sint. Pisani bono quidem sunt consilio, sed parum constanti, si quis diuersum ab eis senserit, mox acquiescunt, rursus si aliter suadeas, mutabunt consilium; illud in causa fuit, quod iam duram ac diuturnam obsidionem ad extremum vsque non pertulerint. Placentini utrisq; abundant consilijs, scilicet, salutaribus ac perniciosis, non facile tam ab eis impetres pestilens consilium: apud Regien- ses neque auxilij, neq; consilij copiam inuenias. Si sequare Mutmensium cõsilia, raro cedit infeliciter, sunt enim peracutiss. ingenio, & voluntate planè bona. Prouidi sunt Florentini (si vnunquenque seorsum accipias) si verò simul coniuncti sint, non admodum mihi illorum consilia probabuntur, feliciter cedunt Senensium consilia, subita sunt Perusinorum, salutaria Ferraricium, fideli sunt consilio Veronenses: semper ambigui sunt

## FORCIANARVM

*sunt in consilijs aut dandis aut accipiendis Patauni. Sunt pertinaces in eo quod ceperint consilio Bergomates, respuunt omnium consilia Neapolitani, sunt consultissimi Bononienses. ego verò sum minimo consilio, qui tam dura tractare ceperim, neq; miror si Ludovicus posteaquam rei difficultatem sensit, nullis precibus adduci potuit, ut inchoatum sermonem perficeret.*

*Quia dura in me exempla cedent ij, de quibus minus honorifice sentio, (si aliquando rescuerint) itaq; non aliter num fuerit, priusquam ulterius progrediar, vos sancte iurare, me nunquam delaturos, alioqui aut desistam, aut formidolosius ceptum negotium perficiam: à te primum mihi metuo doctissime Iuli, non quod te futilem aut rimarum plenum existimen, sed quia tibi cum ijs, de quibus bene sentire non possum, plurimum sit domestici usus. I V L. A me uerò, nihil periculi est, perge amabo te, & quantum potes plenius expone. ARM O L. Postquam id vos tam ardentem cupere video, mos geratur. Sunt Lucenses etiam aduersus hostes miti ingenio, faciliq; natura, Mediolanenses facile acceptas iniurias condonant (modo commertam poenam deprecentur) alioqui probe iniurias vlciscuntur. Sunt Neapolitani iniuriarum strenui ultores, simili ingenio sunt Ferrarienses & Placentini, egre condonant Florentini, dissimulant odia Perusini, vlciscuntur auorum suorum iniurias Fulgates. Fingunt condonare Veneti, sed si aliquando nanciscuntur vlciscendi locum, nulli crudelius vlciscuntur, obliuiscuntur iniuriarum Mutinenses, ac Regienses, occulta sunt Picenorum odia, aperte ode-*

*runt*

runt Cremonenses. Tanta sunt animi magnitudine Senesces, ut vix agnoscant iniurias, sunt obscurius iniqui Romani, Astenses facile quascunque iniurias deuorant, Papienses faciles sunt ad suscipiendam indignationem, faciles etiam ad deponendam. Etonenses ad misericordiam propensiores sunt. Ignoscunt libenter Nouocomenses si quid in eos peccet, faciliores etiam Laudenses senties, (modo te supplicem offeras.) Sunt autem beneficiorum maxime memores & grati Lucenses, Mediolanenses, Florentini, Senenses, Neapolitani, Veronenses, Brixenses, obliuiosi vero Genuenses, Veneti, Patauni, Nursini, Apuli, (Erundusini praesertim.) Erat omnino consilium hanc partem plenius attingere, posteaquam rescivi Italos male audire apud Transalpinos, male mentis, malique animi, poteram ego ne hercules multos recensere populos, qui voluntaria obliuione grauissimos quascunque iniurias contemnant. Sed postquam tante pere verumini ne nostempus deficiat, omittatur. Posteaquam de odio egimus, par est, ut etiam de amore tractemus: subsequetur nox quibus Lenocinys adamas ad amore pelliciant, pax sit pudicis auribus, si quid forte minus pudicu effluet. Mediolanenses sunt Italoru omnium minus Zelotypi, nec admodu obstinate amant, cupiunt carnariam, oderunt pinguiaria, amat vero maxime quae sunt proceriore statura, Mantuani in amata farina si bene chorcas ducat, nihil praeterca de siderant, sunt tamen satis indus tria. Florentini illud primum requirunt, ut summa sit modestiae fama, non sit loquax, terram modeste intuea

tur, neq; hac, aut illac cursitet, sed domi ueluti cochlea  
 latet. Neapolitani fumosas imagines querunt, neq;  
 nisi elato animo, atque onuium perditissime amant.  
 Lucenses, cum sint in amore omnium dicam constantis-  
 simi? an pertinacissimi? eandem etiam pertinaciam in  
 facina expectunt: cupiunt praeterea, sit in ea summa  
 grauitas, cum humanitate coniuncta, habeatque opti-  
 mam corporis constitutionem. Sunt Veneti omnium  
 libidinosissimi, sine delectu amant, sunt etiam in  
 amore nulla constantia, modo hanc, modo illam depe-  
 reunt, verum, neque huic, neque illi fidem seruant: ubi  
 potiti fuerint, statim despiciunt, eandem non sepe as-  
 ceunt, si se facilem non praebat, de inferenda vi cogi-  
 tant. Cognoui Ferrarienses amoribus deditissimos, at-  
 que ardoris impatientissimos, sibi tam in amore plus  
 satisplacentes, nulli riuales impatientius ferunt. Sunt  
 egregij formarum spectatores Senenses, atq; ut ama-  
 ta potiantur, nihil intentatum relinquunt. cupiunt au-  
 tem quae sit proceriore statura. Perusini quas amant,  
 cupiunt audentiores esse, expectunt in facinis dentium  
 candorem, & caecos oculos. Brixienfes timidulas pra-  
 cipue commendant, cum tamen pleraque omnes sint  
 excelsi animi. Calabri in ea quam deprecunt, querunt  
 ciuis candorem, rubore circumfusum. Patauni in mu-  
 liere desiderant exiguas Papillas, id est caussae quod  
 illic complures facinas comperies, quae plantaginis  
 succu ne nimium excrecant, sedulo dent operam. Non  
 abhorrent a facinis Vicentini, & in ea quam amant,  
 nihil praeter miram elegantiam querunt. Sunt magni  
 amatores

amatores Genuenses, atque ut amata potiantur, nullum aut fortunæ, aut capitis discrimen recusant subire: si se sperni intelligant, perpetuo lugent, amant verò quæ sunt crassioribus lacertis, rubicundioris vultu, ac pleniore pectore. Veronenses neque nimium facilem, neque nimium difficilem, Mutinenses, pulchras non putant, nisi bellissime vultum cerussa & pupurisso infecerint. Fidesunt Bononicenses in amore singulari & adamatam mirandum in modum colunt, neque sunt admodum Zelotypi, largissime donant (si potiantur) alioqui nihil extorquebunt, Placentini despiciunt maxima quæque, ut amata fruantur, si Zelotypiæ morbo corripiantur, mox adamatam iugulant, in ea verò iucunditatem, potiusquàm pulchritudinem expectunt. Cremonensis cupit canora & ecce, fidibus doctam, oculis nigris. Raucenates, volunt dicto audientem esse, alioqui non amant. Urbinate amant facundas & urbanas, odertunt verò maxime ignavas, si in Zelotypiæ morbum forte cadat mox recedunt, diligentius adseruant, ac minimis perterriti refaciunt. Romani, siue matulitis Romanenses, grauem & maiestatem quandam præ seferentem expectunt, si fiant Zelotypi in profucentem Tyberim deturbant. Tarcani pinguiores volunt, garrulas, festiuas, candidas & quæ cultiore vestitu delectentur, in quem (si rei familiaris angustia pateretur) sunt suapte natura propensissimæ. Monopolitani eas facinoras in primis cõmendat, quæ paulo habitiores sint, voce suavi, lingua celerit. Eifani nihil in famina tam ardentè cupiunt, quàm ut ingenua sit, bonis moribus prædita, simplici & aper



to animo. Cortonenfes pathicam adorant, neque vnquam amari sibi perfuadent: si fruantur, cælum digito contingunt, si spe frustrantur, tanto corripuntur furore, ut se plerunque interimant. Pistoricenses quamquam sint factiosissimi, ac domesticis cædibus intenti non abhorrent tamen ab amoribus, cupiunt autem in rubicundas esse, manibus oblongis, tenuioribus lacrymis, ventre trecti, neque nimium loquaces, neque planè mutas, adde in eos male animatos quos ipsi oderunt, raro autem Zelotypiæ morbo afficiuntur, neque tam ardentèr amant, vt si aliquando cam diuersæ factionis intellexerint, quin mox veluti pestem fugiant. Sauonenses verò, & si Genuensibus finitimi sint, habent tamen dis simile ingenium, amant pulchre ornatas, vultus nitore, optimum colorem, oderunt quæ peregrinos odores spirant, rarius cœeunt, rei domesticæ diligentèr curam habent, liberos melius instituunt, ministros etiam multo maiore indulgentia tractant. Viterbicenses, vbi illos cæpit fatietas, in quæstum produciunt. Sunt autem ad expugnandam faminarum pudicitiam mire appositi, dolis & technis rem agunt. Restat modo narrem, quibus modis amorem sibi concilient. VINCENTIVS. Heus Arnolphine, non didicisti tu quidem hæc somnians. Quot puto tua causa ad laqueum adactas. ARNOLPHINVS. Id mihi contigisset fortasse, si tam furacibus oculis, si tam liberali ingenio, si tam egregia corporis constitutione, denique si his moribus essem, quibus te ornatum clarissima omnium voce predicatur. Sed didici ego istæc, dum curiosorum hominum more,

alicna

*aliena peruestigo, domestica verò negligo, vel oscitā  
 ter tracto. VINCENTIVS. Tanto polles tu quidem  
 ingenio, vt vtrunque egregie potueris prestare, seque  
 re amabo te. ARNOLPHI. Quemadmodū varia sunt  
 ornamentum ingenia, ita etiā varijs artibus instructi, spe  
 rant se voti compotes futuros. Neapolitani dum bene  
 insident equo, atq; summa corporis dexteritate nunc  
 in illam partem flectunt, dum splendide vestiunt, hasti  
 ludia exercent, atq; opobalsama spirant. Student plas  
 cere Mediolanenses oppiparis conuiujs, si se neglie  
 gi sentiant, continuo maledictis lacerant, Gallico mor  
 bo infectam passim cuulgant. Ferrarienses dum amara  
 tam in cælum ferunt, coreis Mantuani, Perusini minis  
 ac blasphemjs, Veneti illa sua ridicula magnificentia  
 & insana iactūtia, Bononienses donis, Florentini Rith  
 mis, Senenses dum falsas lachrimulas vi exprimunt,  
 Lucenses pertinaciter amando, Vicentini perpetua cō  
 sectatione, Veronenses obsequijs, Romani iocis, Cres  
 monenses cantilenis, Arctini facetijs. Si quid pecco,  
 date quæso veniam, non licuit enim omnem Italiam ita  
 diligenter perlustrare, vt nihil me possit fallere. Vidi or  
 mihi nunc omnem meam supellectilem quantulacunque  
 esset explicauisse, ne que possum ego solus tantum on  
 ris sustinere. Profec̄to nisi vestrum aliquis opem tuler  
 rit, non poterit captus sermo ad extremum vsque per  
 duci. Tu verò Guardicione nihil ne es dicturus? ad te,  
 mea quidem sententia, maxime spectat, neque munere  
 istoc quisquam possit melius perfungi, tu enim diu ver  
 satus es in illa clarissima totius Italiæ luce, quo totus  
 ferè orbis*

ferè orbis conuenire solitus est. **GV** **IV** **DI** **CI** **ON** **V** **S**  
 Tu perge Arnolphine perge, nemo est qui non te li-  
 benti animo audiat, atq; ita esse quemadmodum dicis  
 unum suum inducat. Saltem priusquam desinas, illam  
 etiam partem attinge, quæ certe in primis probatur  
 & quam abs te prætermisam valde miror; ego me  
 hercules tanti facio, vt si ea dote destituantur, quan-  
 tumuis sit in alijs rebus cæteris præstantior, nõ possim  
 illam vrbem non spernere, ac diris omnibus desigere.  
**ARNOLP.** Quid istuc quæso, quoddã me prætermis-  
 sum tam grauitè doles? **VINCENT.** Vt excipiendo rã  
 hospitum varij moris narrentur. **ARNOL.** Quin tu  
 illud potius facis? **VINCENT.** Facere me hercules,  
 sed posteaquam ingenij tui lumen omnibus iam perspe-  
 ctum video, vereor ne mecum obtusius etiam quàm sit  
 fortasse videatur. Tu narrato vt etiam in hac parte in-  
 genij tui vis cluceat, tu nanque in hæc suauissima nar-  
 ratione non solum ostendisti quanto pollcas & ingenio  
 & iudicio, sed quantum etiam à facundia posses. Per-  
 ge quæso humanissime Arnolphine, vides quàm cus-  
 pide expectent, quotquot hic sunt, vt captos sermones  
 absoluas, ne nos amabo teneas amplius animi suspens-  
 fos. **ARNOL.** Agnosco plus esse difficultatis, neq; ta-  
 men ea gratia præterierã, sed potius obliuione (quan-  
 quàm in me saepe de memoria commendaris.) Ego ta-  
 men qui mecus sit super hac re sensus, aut quid de alijs  
 vsu tractandæ reip. peritissimis audiuerim, quàm pos-  
 tero paucissimis commemorabo, neque mihi vitio ver-  
 teritis si non eum ordinem sequar, quem commemorata-  
 rum

rum vrbium situs ipse deposciet. Illud enim ad rem facit. Ego de ijs primum dicam quæ primum in mente venerint, nullam prorsus rationem habens aut antiquitatis aut splendoris, aut meritorum. Occurrunt primum Calabri, ij sunt in peregrinos officiosi, ( si sit cum ijs faciendi lucri spes aliqua ) alioqui quantum possunt vitant, aut donant quæ spernunt & oderunt. Amant peregrinum Neapolitani, si quippiam habeat in se, cxiimum & excellens, Lucenses verò, non solùm amant, sed & curenter, atque omni officij genere complectuntur, cauentq; , ne quid apud se incommodi patiatur. Florentini sunt officiosi, & re & consilio iuuant, neq; commodum vllum respectant, si diutius apud illos fueris, & sensus & fortunas omnes aperiant. Senenses non minore contentione pro externorum dignitate certant quàm pro aris & focis. Sunt verbis tantum officiosi Veneti, re ipsa nihil prorsus. Astenses nihil non faciunt, quo sibi exterorum hominum benevolentiam concilient. Simili sunt ingenio Vercellenses, certant simul de promerenda hospitũ benevolentia. Agrestes sunt Spoletini & Nurjini, inhospitales Patauni si cõmodũ non spectent, odci ut Bergomates, Veronenses nihil aliud student, q̃ ut hospites omni officio ac potius pietate cõplectantur. Mediolanenses etiã suo magno incõmodo sunt officiosi, Papienses non ita. Inhospitales Genuenses etiam in eos quorum ipsi benignitate aliquãdo experti fuerint. Cũ Ferrariensibus etiã si illic sæculũ agas, nihil tibi poterit esse domestici vsus. Mantuani hospites deglubũ. Parmenses benigne quidẽ excipiunt, sed mox fastidiunt, nimiũ seueri sunt Placentini,

Nulli prolixius peregrinos accipiunt Mutinensibus. Amant quidem Nouocomenses, nulla tamen officia aut studia (etiam si vehementer indignant) conserunt. Insuper sunt Piceni. Sentio viri clarissimi, lectissimæque faminae, multam mihi oboriri satietatem, proinde facite quæso mihi, aut quiescendi, aut respirandi potestatem. Si quid reliquum fuerit, expediet Iulius. I V L I V S. Ego quidem satis dictum existimo, neque video quid possit amplius asserri (nisi vobis fortasse libeat ut nostrarum faminarum mores pari diligentia describantur) quod certe mihi gratissimum foret. crit illud quidem difficillimum, non defuturum tamen arbitror, qui non possit in hac parte cumulatissime satisfacere. Poterit autem si volet Gilius, est enim perspicacissimo ingenio, et feminis tam grato, ut nullo negotio illarum sensus, nedum vulgarissimas consuetudines, perspicere poterit. Age igitur Gili, et quo sint ingenio Italicae feminae, narrato. Nihil est enim quod tam ex animo cupiam, neque id certe tantum ut innocentio morem geram, qui in aurem sepiissime in murmurat, magno pereque à me contendit, ut rogem libeat ita copiose de feminis disserere, quemadmodum de viris factum video, quam ut eis ipsis satisfiat quibus plurimum debeo.

G I L I. Ridicule nimirum facitis qui presentibus feminis me compellatis de eis ipsis sermonem facere, et quidem fieri illud non poterit, quin ad iracundiam ad quam natura sunt propensiores concitentur. Itaque meo iudicio, praestabit abstinere, quam ea loqui, quæ nobis damnum asserre possint. I V L I V S. Opus igitur erit multa

multa industria. GILIVS. Opus sanè, sed quis tãta præditus esse queat industria, vt id sine vlla mimicitia efficiere possit, aut saltẽ sine vlla maleuolentiæ suspitione à nulla harũ quas hic conspicio mihi metuo, quæ cũ omni crimine vacent, criminis etiam suspitione vacuas nõ dubito: vereor tamen ne sexus gratia aliarũ partes tueantur, atque efficiant, vt de sententia mea turpiter decedam. MARGARITA. Sis hono animo, nihil te interpellabimus, aut propterea infensiores erimus, (vt pro alijs etiam respondeam) tantum caue, ne quid mētiare, aut honestis fœminis vllam aspergas labem. GILIVS. Cauebo quantum potero, & à nostris Lacensibus auspicabor, quæ certesunt & pudicitia insignes & optime matres familiãs, adde, apparandorum conuiuiorum doctissimæ. Senenses sunt egregia forma, moribus laudatissimis, grueis etiam & sapientiores quàm ausim desiderare. Petraræ, Dantis, ac huius farinae scriptoribus, maxime delectantur. Peregrinos, omnibus demerentur officijs. Florẽtinæ delicatissimæ sunt, suendi peritissimæ, & cæteris indulgentius, liberos, ministros, familiam denique omnẽ tractant. Pistorienfes lingua disertissima, neq; grauantur admodum copiam sui facere, etiam nulla lucri spe ostentata. Marittis sæpe memorabiles imposturas faciũt, Perusina forma præstantissima, moribus non contemnendis, ab as moribus non omnino abhorrentes, omne illarum studium, tergendis ac bene manibus elucendis, piscatione etiam maxime delectantur. Nouocomenses, maritos planè beatos faciunt, dum capiti veruecina diadema

mata

demata imponunt. Romanae grauitatem & religionem multam praeseferunt, ijs tamen studijs delectantur quibus pleræq; omnes. Caietanae amoribus vsq; adeo deditæ, ut saepe maritos deserant, per se quidem pulchrae natiuam tamen pulchritudinem quantum possunt adiuuant. Capuanae superbae, arrogantes, nec forma, nec moribus, nec opibus insignes. Consentinae obstinatae, ac fallaces, pereleganti iudicio & ingenio, visæ sunt mihi. Neapolitanae ancillarum gregem secum ducunt, rem domesticam diligentius curant, & amatores suos religiosissimè colunt. Beneuentanae forma sunt rusticana. Brùdisinae facie liberali, sed inertissimæ. Quo sint Picenae in externos animo, non facile iudices, siquidem nimium diligentèr asseruantur. Bononienses corpore succulento, colore subaquo, lachrymarum, ac suspiriorum, (nescio an iniquo meo fato accidit) audiores certe, quàm ego fuissẽ vnquàm suspicatus. Ferrarienses amatores suos spoliant, mutilant, lacerant, Mutinenses facili, benignaq; natura. Raucennates non finit omnino amatores suos desperare, vndiq; semper spem aliquam iniiciunt, sunt plenæ humanitatis & colore mustelmo, Cesennates paulo rapaces. Pisaurinae & Urbinate, (quanquàm videantur agrestem naturam praeseferre) nullæ tamẽ benignius, aut prolixius peregrinos excipiunt, Parmenses & Placentinae sunt planè simili ingenio: id est, vt ego interpretor, auaro, duro & difficili. Aridebunt Papienses, si crumenã habeas pecunijs refertam, alioqui castitatem præclaram fingent. Mediolanenses, si oris figura, cæteris non praesstant,

stant, laterum tamen firmitate, corporis habitudine, ac ingenij felicitate nulli cædunt. Paucissimas comperies quarum pudicitiam montibus aureis expugnes. Sunt Mediolanenses acupictores clarissima. Economiam optime exercent, iucunda est illarum consuetudo, sunt perurbanæ & facetæ, sunt in eos propensæ qui aut doctrinæ, aut bellicis laudibus excellunt, Petaces sunt Pedemontanæ, superstitiosæ Laudenses, Luxui addictiores Cremonenses. Externorum non minus amantes, quàm suorum Vercellenses. Ego, quanquàm nunc hanc, nunc illam Italiæ partem persequor, nullas tamen præmittam. Et si, uideo hic nonnullos commoueri: vestra profecto est culpa, qui ad nolentem & inuitum pertraxistis. Equidem, si quod, hac re mihi contigerit infortuniũ, tecum expostulabo humanissima Camilla, quæ me ad hoc nonsemel cohortata es. CAMILL. Mecum certe non est quod expostules. Siquidem me autorem non est commissum tantum facinus, Facinus me hercules uideo posse optimo iure appellare, cum infæminas tam acerbus fueris. GI. Videor mihi multo iustior fuisse, quàm illæ mereantur. CAMILL. Bona uerba quæ sã, debentur quidem fæminis multo plura quàm tu possis animo complecti. GI. Scilicet. CAMILL. Quid si ostendero fæminas esse uiris omnibus ornamenti instructiores, deberi quæ; plura earum modestiæ, uirtuti, iudicio, ac studio, quàm tu possis cogitatione consequi, atque ita ostendã, ut tu omnino idem mecum confiteare ( nisi pudoris prorsus oblitus fueris. )

GILIVS. Rem certe mauditam ostendes.



TV. Istuc ego mirabiliter cuperem intelligere. e  
 MILLA. Intelligetis, modo tantum otij sit, rationes  
 quidem non defuturas confido, sed es ne tu quippiam  
 amplius dicturus? GI. Nihil sane, quare ostende quòd  
 te ostensuram iactasti. Si quid à me prætermis-  
 sit, Guidiccione operã suam haud grauate præstabit,  
 an non ita facturus Guidiccione? GVI. (Modo impe-  
 res) sed melius certe fuerit vt tu reliquam sermonis  
 partem absoluas, scio adhuc multa narranda superesse  
 vbi absolueris, mox Camilla consequetur. GI. Ego  
 igitur persequar, & in verba conscram quàm paucissi-  
 ma, sed vtreor ne Camilla aufugiat cùm præstandum  
 fuerit quod recepit. Si aufugerit, dependendum tibi  
 erit quod pro ea spondidisti, ego nullum alium quàm  
 te sponsorem appellabo. Audin tu Guidiccione? GVI.  
 Audio sanè, ne dubita, præstabit cumulatus opinio-  
 ne tua, noui ego illius ingenij vires, atq; optime per-  
 pendi, perge quod institueras. GI. Pergo, nolim ego  
 certe magna mercede hanc sermonis partem interrup-  
 ptam fuisse, nihil enim de ijs adhuc narratum video,  
 de quibus maxime oportuit, nempe de Genuensibus ac  
 Venetis: sunt itaq; Genuenses salaces, loquaces, ple-  
 næ confidentia, cæterum, egregia forma, amantiũ suo-  
 rum studijs admodum obsequentes, eos crebris munus-  
 culis donant, raro expilant, non facile recludi patiun-  
 tur, amant enim hac atq; illac circumcursandi liberta-  
 tem, suos libentius quàm alienos complectuntur, cir-  
 cunferunt libenter rosas ac bene olentes flores, huma-  
 nissime salutant quoscunque habuerint obuios. Sunt  
 Venetæ

Venetæ ingenio mirum in modum vario, cupiam flaudere  
 pillos, & cutis candorem multo sibi comparant artificio:  
 sunt quidem forma bona, sed gestus, & mores, pla-  
 nè meretricias habet, sunt vix breuioribus illis rursus  
 multas offendes quæ lucri gratia se prostent, multas  
 item quæ solam amoris quadam habundantia libenter  
 effentatur, nimio luxu disfluunt, voluptatibus deditissi-  
 ma, oratio est placidissima ac tenocinys plena, si se  
 amore capi sinant, (quod sæpissime fit) nullum oïno di-  
 scrimen faciunt præter an deformis, splendido, an ob-  
 scuro loco natus sit. Tarusina vjisdem forè moribus qui-  
 bus Venetæ sunt, minore tamen corporis elegantia &  
 cultu. Sunt mirum in modum Zelotypæ (si quem ama-  
 re cæperint.) Amant prudentissimè & constanter  
 Vicentina, Cremenses & Bergomates fallunt ac ludi-  
 ficant sæpissime amatores. Veronenses sunt satis pudice,  
 graucis, & gratiosæ. Facinus me hercle indignum  
 esset, si Brixianas silentio præteream, quæ omnium bel-  
 lissimè rem familiarem curant & tam egregie filant.  
 Non minore pœna mulcandus essem, si Aretinarum  
 obliuiscerer; Quæ omnium tenacissime amant, & sæ-  
 pe cantilenis amatorum suorum laudes celebrant: opti-  
 mas textrices cognoui Faucntinas & Foroliuicenses: ar-  
 denter amant Eugubine, auaræ cognoui Anconita-  
 nas, placidissimas Astenses. Terdonenses & Nouas-  
 rienses feminae sunt multa industria, neq; illarum am-  
 plexibus fruire, nisi virtutibus ornatus accesseris. Fe-  
 det me hercules tam prolixæ narrationis, & memoriæ  
 sensus me deficit, scio me multa præterijssè, sed tamen

C

prudens

prudens ac sciens praeteritis, commonescerant pueri-  
 iam apparatus esse cenam, rursus video alios accu-  
 rrentes solitoq; animo nunciantes cenam corrumpi, ni-  
 si uelutun accumbamus. Ita que abeamus, quidquid re-  
 liquis fuerit, uel eras uel à cena absoluetur, me uos post  
 hac attentum auditorum habebitis, haecenus loquacē  
 pertulistis narratorem. Sicq; in lecta discessimus, tan-  
 te elatiliticia, ut ferè desiderare uideremur.

FORCIANA-

RVM QVAESTIO-

NVM

Liber secundus.



**N**ON possem uerbis consequi quā  
 et nos iucunditate illa festiua ora  
 nō effecerit, non minorem tamen  
 inter cenandum voluptatem per-  
 cepimus. Erāt enim epulae nostrae  
 non solū exquisitissimae, sed sua-  
 uissimis etiam et doctis sermoni-  
 bus conditae. Constatque appositae est dubia, aderāt  
 qui nos musicis concētibus oblectarent, nulla ministro-  
 rum diligentia desiderabatur. Non arbitror nūc opere  
 pretium esse contereere tempus in describenda esculen-  
 torum omnium, aut potulentorum uarietate. Quid  
 enim singula commemorem? quando nihil uolatilium,  
 aut

aut quadrupedum desiderari poterat: Varia Placentarum & Farciminum genera, tot saporum differentiæ quot potuit unquam. Apitius ille artis Culinarie princeps excogitare, aut fortasse multo plures: aderant vina & ruffa & alba & media; Cæsennatica, Fastignana, Pompeiana, & à paradiso vsque conuecta. Quid quaeris? eiusmodi erat mensa nostra, ut non vehementer desideraremus Pauum à Samo, aut Phrygiam Astagenā, Grues melicas, hædum ex Ambracia, Pelanā Chalcedoniam, præ ijs quæ nobis opposita erant contemnebamus Murenā Artesiam, Asellum & sinuntium, ostreas Tarentinas, pectunculum & hium, Heloëpem Rhodium, Scaros Cilices, Nuees Tasiæ, Palmas Egyptias & glandes Ibericas. A cœna verò ne putes illa nobis defuisse, quæ apponi ad principium mensas consueverunt, abunde enim & ad satietatem vsque ministrabantur. Visum est plerisque omnibus nimium ad vesperauisse, & noctem iam rorare: placuit itaque reliquum narrationis in sequentem diem differre, interea cœpimus sub topiario quodam bene longo lente inambulare & rusticanas cantilenas accinere, ô si ad fuisses Franciscæ, cam certe voluptatem cœpisses quæ facile depulisset podagram tuam, tuam appello, quæ te tam indignis modis tractat, hic doloris, aut mœstitiæ ne leuia quidem impressa erant vestigia. Cæcæ putes Alcinae delicias nostris aliquando maiores fuisse, nostræ, mediis fidius superant quascunq; possis cogitatione comprehendere. Equidem cum nostras mulieres canentes obseruarem, putabam angelorum choros huc

& cælis descendisse, eiusmodi Syrenas fuisse credo, nisi  
 quòd illæ perniciem afferebant, hæ verò miram inco-  
 lunitatem. Posteaquàm satis cantatum est, cubitum dis-  
 cessimus, sed non priusquàm fatigatam vocem recenti  
 vino refocillauimus (quanquàm id tui Medici vetent.)  
 Nos verò Forci tui cæli clementia freti immortalita-  
 tem consecutos existimabamus, itaque Medicorum o-  
 mnium canones spernebantur, & quisque ad suum vie-  
 uebat arbitrium, non autem ex medicorum præscripto:  
 neque pœnituit vnquàm. Vetant enim illi multa saluta-  
 ria quo illorum certe opera perpetuo indigemus. cõ-  
 stitueramus inter nos, vt qui prior excitaretur, alios i-  
 pse excitaret, priores verò expergefatti Gilius & Vin-  
 centius nostra bene mane adierunt cubicula, nosque  
 postquàm lodices detraxerunt, multa rosacea aqua re-  
 sperferunt, nos item alios: Mulieres verò nostræ, quæ  
 in secretiore parte domus cubarant, iã multo ante nos  
 de lectò surrexerant, multisq; precibus, vt est illis in  
 more positum, Deum optimum maximum obtunderant,  
 omnesq; suauolentes flores collegerant, ijsq; coro-  
 natæ ad nos aduolarunt. Inde ad rem Diuinam profe-  
 cti sumus, atque illic tam diu moras traximus, vt iam  
 prandij hora præterisset. Pransi, iocis nos multis oble-  
 ctauimus, vt se fregit calor, recta ad eum locum veni-  
 mus, quò ventitare soliti eramus, sed multo plures nũc,  
 quàm antea. Percrebuerat enim rumor nobiles aliquot  
 ac doctos viros recuperandæ sanitatis gratia ad illa  
 vestra tam salutaria balnea venisse, qua fama excitati Bõ  
 uisij

nisi illuc statim certos nuntios miserunt, qui illos inuis-  
tarent, aut potius ad perfructandas delicias nostras se-  
cum perducerent. Sed audi quaeso, casum planè diuinū,  
non poterant qui fuerāt inuitati nobis amiciores esse,  
ita, vt cum à te & à Vincentio meo discessero, quos  
pluris faciam non habeam, ( neq; iniuria ) sunt enim  
( vt vnico verbo cōplectar ) cum Deorū immortalium  
laude coniungendi. Video te cupere illorum nomina &  
ego certe honoris caussa non minus illa scribere cus-  
pio. Erant igitur Pomponius, Triulgius, Lau-  
rentius Toscanus Antistes pictate insignis, Gas-  
par formanna Ioan. Baptista filio comitatus. Steph.  
Doletus, Hieronimus Seripandus, Nicolaus Britto-  
nius, Gaudentius merula, Pa. Sadoletus, Tho. Sertis-  
nius, Albicius Benius, Monicus Cāporgnanus, Ranie-  
rius Deius, Non facile dixerim, quanto horū aduentu  
gaudio exiuerimus omnes, sed erunt ij quoque nobis  
cum, sermones nostros qualescunque essent, audituri.  
Tum Gilius, puto me vobis maiore qua potui diligen-  
tia satisfecisse. Restat modo vt Camilla promissa per-  
ficiat, nisi fortasse Cinama illud velit ( quæ sua est inge-  
nij promptitudo ) prestare. Hucus Cinama? Vm tu no-  
bis aduersari, atque sceleris arguere, propterea quòd  
nonnullarum famularum parum honorifica facta sit  
mentio? CINAMA. Istuc nolo me hercules, per me vo-  
bis liccat, & quidquid in animo fuerit, vituperare. Ve-  
reor tamen ne reliquas iniquiores ac acerbiores habi-  
turi sitis, scio quid Sbarza & Bonuisia in aurem mis-  
hi infusurarunt. G I L I V S. Rogo te Cinama,

si quid periculi imminere putes commonefacias, ego  
 totus tremo, horreoq; cuperem tamen praestaret Camilla  
 quod pollicita est. CAMILLA. Quid sum pollicita?  
 Aedepol; nisi tu in memoriam redegeris, ego nunquam  
 memmiero. GI. Ego vero ac lubens, iactasti paulo ante,  
 ostensuram te foeminas viris esse praestantiores:  
 Fac nunc promissa appareant. CAMILLA. Dixi fortasse  
 ostensuram me pari excellentia esse, superiores profecto  
 non memini, (quanquam nullorum freta praesidio,  
 neutrum mihi difficile futurum existimem, res est  
 profecto nullius negotij, ita vel dormiens id quisque  
 possit efficere: attingam iterum primum, veterum foeminarum  
 exempla, atque a Troadibus incipiam, quae sibi ac viris  
 suis praeclearo facinore tam bellice consuluerunt,  
 dum vna conspiratione facta, nauigia cuncta mcedunt,  
 deinde nouae ac inusitata beneuolentiae significatione  
 virorum suorum fruescentem iracundiam placant.  
 a Troadibus ad Phocenses descendam, quae mori pro  
 patriae suae dignitate, meras delicias reputarunt: tacebo  
 ne chias: non faciam certe si sana sum, harum cum  
 consilijs viri, audaciam edocti, sibi, suisq; salutem  
 pepererunt: non in holum silentio Argiuas, quae assumptis  
 armis subita corona ciuitatis moenia compleuere, Cleomenemq;  
 regem, a quo duriter obsidebatur, ad extremum  
 turpiter fugere compulerunt. Non praeteribo Persides  
 quas silentiui Gaudacia immortales reddiderunt, re  
 in quo breuitatis studio Tyrrenas, sed Celtas praeterire  
 non possum, quae in media arma progressa, multis  
 precibus, lachrymisq; suorum animos adeo flexere

vi

vt omiffa discordia in pacem ac beneuolentiam ad pro-  
 prias domos omnes difcederent, ex quo nata apud eos  
 confuetudo pofteris etiam temporibus manfit, vt que-  
 ties fit eis de bello, aut pace confultandum, Mulieres  
 quoque eiuſmodi confultationibus adhibeantur. Tace-  
 bo Lycias ac Myleſias. At non poſſum Saguntiarum  
 obliuiſci, quæ gladijs intra ſinus occultatis, vna cum  
 viris in hoſtes impetum fecerunt. Poſſum commen-  
 rare infinitas mulieres omnium conſenſu per illuſtres,  
 vt Valeriam, Cloeliam, Miccam, Megiſtonã, Pieriam,  
 Polycretam, Arretaphilam, Camunam, Stratonicam,  
 Chiomaram, Timochiam, Erixonam, & Zenacriam.  
 hem vides Gili, quantam mulierum turbam adduca-  
 G I. Video ſanè atq; in memoriam redegiſti tam prolix-  
 xa enumeratione illas ſignatorum tribus quarum in di-  
 uinis literis mentio fit, nolim certe mihi tantam tur-  
 bam dari paſcendam, non ſi mihi res fit amplior quam  
 olim fucrit Craffo. Sed vnde quaſo illam adduxti?  
 C A. Ex vniuerſo terræ orbe. G I. Ita pol credo, nō po-  
 teram mihi riſu temperare, cum te tanto ardore vide-  
 rem vndique fammas accerſere. Quis negat non poſ-  
 ſe multas illuſtres fammas reperiri, ego certe, non ita  
 frontem perfricui, vt illud negem: illud Camilla de-  
 monſtrandum fuerat, viris excellentia & dignitate  
 pares eſſe, aut superiores, id ſi oſtenderis, fatebor me  
 abs te victum, atque vt eſt in veteri Prouerbio, her-  
 bam tibi porrigam. Factu nimirum facile mulierum Chi-  
 liadas recensere, poteras tu quidem multo plures, ſi  
 voluiſſes, quas etiam maiora facinora nobilitarunt.



Miror itaq; ab te prætermiffam effe Mineruã, Rheam; Junonem, I fidem Ægyptiorum Deam, Marpcfiam; Hypermeftã, Niobem, Orythiam, Portiam, Lucretiã Sulpitian. Sed multo magis Camillam Volſcorum reginam, quam & nomine & virili pectore tam belle exprimis. C A M I. Agnoſco vaſtrum ingeniũ, nunc me magis, nunc pungis, ut eſt in noſtro prouerbio, ad con tibi vidcor idonea in quam tam aperte illudas? Qui poteram ego aliter facere, oſtenſura quod pollicita ſunt, niſi indicarem tot celebres fammas poſſe reperi ri, quot viros? illud itaque primum oportuit, deinde quod tu tanto perere audire cupis, aggrediar. Hoc erat animi mei conſilium, primum indicare non eſſe feminas ſanctitate & religione viris inferiores, deinde oſ tendere nullam fuiſſe. vquam tam excellentem profeſſionem, in qua feminæ non excelluerint: vos ſi multos habetis ſanctitate inſignes, habent & feminæ. Ante alias venit in mentem Galla, quæ Gotorũ tem poribus Romæ claruit, deinde Lucia quæ in vrbe Mē dula pro Chriſti Ieſu gloria ſupplicio affecta eſt, poſtremò ſimul occurrunt Paula, Monica, Bleſilla, Ruffina, viduæ mulieres, ac mirabili ſanctitate inſignes. Poſſum etiam ſi vclim, multas virgunculas adducere, quæ nõ ſolam religioſe ſine vixerint, ſed intrepide cruciatuſ multos pro Chriſti gloria promouenda pertulerint, ut Auſtriberam, Anatoliam, Anaſtaſiam An toniam, Agnetem, quæ nondum decimum tertium an num exceſſerat, quando pro amplificando Chriſti Ieſu

In Eùangelio crudelissimam mortem pertulit: præter has  
 Barbaram, Bibianam, Columbã, Darfasam, Crispinam  
 Demetrianam, Dulã, Eufemiam, Eufrasiam, Eugeniã,  
 Eubuliam, Elediam, Emerentianam, Fuscã, Iustã, Iu-  
 liam, Leucadiã, Lucinã, Macram & Margaritã,  
 quæ apud Antiochiã sub Olybrio urbis præfecto ne-  
 cata est, adde Narcianã, Musã, Otiliã, Romulã, Sa-  
 binã, Sylviã, Thabytã, Trasyllã, Theodorã,  
 Teclam, Victoriã, à reliquis abstineo, ne nimium mole-  
 sta sim. Quid ais Griti? obmutuisti opinor? G. Minime  
 neq; cur obmutescam ullam video causã, possem &  
 ego nullo quidem negotio tot viros, aut fortasse mul-  
 to plures numerare, facere tamẽ nõ possum, quin hanc  
 tuam admirer ex promptã memoriã. C. A. M. Nullã  
 sum memoriã, vel per exiguã. Equidem, nisi Margaritã  
 & Catharinã opem mihi tulissent, nunquã potuissem  
 decem verba proloqui. C. A. T. H. A. Nullã ego tuli opem,  
 voluntas quidem erat propensissima, sed tu eo prædita  
 es ingenio ac memoriæ tenacitate, ut non valde meo  
 auxilio egeres, fecisti per te, nullius adminiculis freta,  
 quod fortasse ipsi nõ potuissent. C. A. M. I. Feci equidem  
 quantum potui obnixè manibus, pedibus, ardebã enim  
 desiderio ostendendi, quod pollicita fueram, neq; des-  
 feruëscet ardor ille quoad plene non ostendero, quo an-  
 tem facilius possim, omnes recẽscbo professiones, om-  
 nisq; præclaras dotes. Placet verò in primis Musicas  
 recensere, cuius studio tantopere delectaris, ut  
 nemo sit tecum in tota Hetruria conferendus.  
 Nobis certe non desunt Musicæ, quæ possint veluti  
 Timotheus

Timotheus ille vester Alexandros ad sororem impel-  
 lere, impulsos rursus comprimere: sunt quæ Tibijs,  
 ægrotantibus medicinã faciunt. Erant non diu est Me-  
 diolani, quæ facile possent musicis concentibus mœstis-  
 tia & stupore auditores replere, deinde mœstitiã il-  
 lam, in letitiã vertere, postremo animos ita permo-  
 uere, vt ad petulantiores corporis motus, atq; insanas  
 gesticulationes deuenirent. Sed cur nominatim eas  
 non appello? Anna Anglica tam excellens fuit, vt  
 redderet saxo stupidiores qui audirent. Clarissimæ  
 fuerunt illæ duæ filie amatoris Cathalani, nostra ve-  
 rò ætate in vrbe Mediolano, quot fœminas, bone  
 Decus, reperies, non solum nataliũ splendore, sed musi-  
 ces peritia illustres, è multis, nonnullas numcrabo: in  
 primis Blancam Maianã, Anastasiam Cottam, Iuliam  
 Varisiam, Faustina Maggiolinam, Candidam Ara-  
 ebintam utque illius sororem Margaritam, Lauram  
 Foppam, addo etiam Angelam Baccariam, ac Marga-  
 ritam Cacheranam. Aduerte animum Gili, intelligis  
 iam puto non esse cur fœminæ vobis in hac parte ces-  
 dant? Nulla sunt præclara dona de quibus Deus opti-  
 mus maximus non æque benignus in fœminas fuerit ac  
 in viros. Vates habuimus infinitas, nempe, Annam  
 Phanaelis filiam, cuius sanctitas Archanus litcris con-  
 testatur, Abigail, Delboram, Hester, Iudith, Mosis  
 sororem, Micol, Oldam Helchiæ maximi Hæbreorum  
 pontificis matrem, quæ Hierosolymæ prædixit exci-  
 dium; Rachelen, Rebeccam, Thamar, Sarram, Cassan-  
 dram, Lixitiam, Labyssam, Nicanlam, Tanaquil, Phœ-  
 monoc,

monoc, Terbam, Columbam Mediolanensem ex diuæ  
 Martæ vestalibus. Accersam nunc Poëtas, ne tu nos  
 hic deficere existimes, prodeat in primis Cleobolina,  
 Cornificia, Corinna, Thebana à qua Pindarum vestrum  
 sapius victum, memoriæ proditum est, Corinna The-  
 spia, Corinna iunior Thebana, Claudia, Ruffina, Ele-  
 phantis, Eriana, Lesbica, quæ omnium virorum consen-  
 su, Omerum superauit, Elpis Boetij vxor, Moero,  
 proba Romana, Polla Lucani vxor, quæ sæpe car-  
 mina à Marito cepta dum Pharsaliam scriberet perfec-  
 cit. Violantilla stellæ Pataumi vxor, Sapho Lesbica,  
 Anagora Milefia, Congilla Colophonica, Eunica Sala-  
 minia: prodeat etiam altera Sapho Mitilinea, Sempro-  
 nia, Sulpitia Caleni vxor & Theophila. Quid obstat  
 quin commemorem quæ nostræ sunt ætatis? quas opti-  
 mo iure potes conferre cum Dante, Petrarca, Sans-  
 na Zario, Bembo, parum abfuit quin etiam dixerim,  
 cum Iulio Camillo, A. Alamano & cultiss. Guidic-  
 cione nostro. Ignosce amabo Guidiccione, si tibi nimium  
 temeraria ac temulenta videor, nostri tuendi sexus  
 ardor effecit fortasse vt pudoris fines prætergressa  
 sim, atque linguam (vt par fuerat) non attemperarim  
 QV I. Nihil est profecto cur tu veniam petas, quid enim  
 peccasti, aut comeruisti? ego quoque istuc ipsum quod  
 tu, sentio, factusque sum oratione tua in hac mea senten-  
 tia pertinacior, perge rogo, ne posthac habeat Gilius  
 quod tecum expostulet, parum certe abest, quin tibi vi-  
 ctoriam gratuler. c. l. Non poteram me hercules aliud  
 expectare à viro humanissimo, & qui omni lepore ac  
 gratia

gratia affluat, nihil certe facis aut nouum, aut ab illa tua antiqua mansuetudine alienum, tuo igitur fauore freta, sequar, puto te satis intelligere (vel me tacete) quæ sint illæ quæ nostros Ethruscos Poëtas conturbant. Tu enim solitus es plus cæteris illas commendare, ac pleno ore dilaudare. Quando naturæ absoluta opera stupebas: nonne te semper Veronicæ Gambaræ & Victoriæ Columnæ felix ingenium stupidiorum reddebat: id tu quidem multis carminibus per sepe contestabare. Sunt etiam præter has aliæ, notas tibi suspicor Gili, sorores illas Scensenses. Nunc Philosophos in medium producam. Erit huius classis antesignana Arcta, Arisippi Circnei filia, sequitur Arctaphila, quæ Metridatis tempore claruit. Mammea ab origine edocta, Themiste, Telefilida, Cloelia, Mätuani principis filia, Laura Brexona Veronensis, Laura Brisxiana, Margarita Ferusina, Thecodora Gonzaga. At, si Philosophum ita desinas, qui diuitias spernat, voluptates conculcet, & diuinæ sapientiæ amore ardeat, atque præter diuinam illam mentem prorsus nihil aliud curet ac peruestiget, adducã Eustochium Scribandã, Thecotam Galeottam, Isabellam Salerni principis uxorem, reliquas ne nimium prolixa sim, omitto. Accedo nunc ad eas quæ & agendis causis & oratoria arte claruerunt. Amplissimus quidem erat expatiandi Campus, statui tamẽ per paucas nominare, ut si quid Gilius obijcere velit angustia temporis exclusus non prætermittat. Has tantum sclegi, Amesiã ciuem Romanam, Aspasiã à qua se multa didicisse ingenue fatetur Socrates,

crates, Mutias sorores, Amalasiutam, Attalarici matrem, Leontium quæ aduersus Theophrastum & scripsit & confutauit, Hortensiam, Q. Hortensij filiam, Theano Pythagoræ uxorem, Theocleam Pythagoræ sororem à qua didicisse complura non solum testatus est, sed etiam vehementer gloriatus. Corneliam Græcorum matrem, Caiam Affraniam, Latiã, Eudochiã, Eunoniam, Cassandram, Fidelem Venetam, Angelam Nuganolam, Baptistam Urbinate, Constantiã Sphortiam, Damisellam Triultiam, Cronã Perusinam, Fau-niam, Gilbertam, Corneliã Veronensem, Helisabettã Malatestam, adde Isottam. Vin tu nunc Medicas commemorem? possum certe multas, nempe, Angittam Circes sororem, Brelam, Higeam Esculapij filiã, Olympiam Thebanam, Trottulam, Salernitanam, Antoniam Curtiam Mediolanensem. Post medicas, vin tu rerum inuentrices? Hem prodit Arachne, quæ Linum & Retia inuenit, Citta Lucensis quæ Auripellam, siue aurum in pellem reperit, Ceres Sicula à qua serunt adinuētum frumentum, dum antea glande vesceremur, eadem molere, ac panem conficere excogitauit. Gorgophone Persci filia, quæ ut scribit Pausanias, mortuo priore marito, nupsit Oebalo, antea secunda matrimonio incognita erant; Hecates Persis filia à qua inuentum fuit Aconitum. Hypermestra prima agros sacerdotio functa, Isis Ægyptij Regina Cimbalum inuenit, Melpomene & Terspicore cantus & choreas. Nicostrata Latinas literas, Pamphile verò Coa Bombicis nam, Pantefilea securim; Poppea Neronis uxor Poppeanum medicamentum ad faciem erugendam.

Sapho plestrum, Semiramis longam nauim, Stephan<sup>o</sup>  
 teste, tritonia quadrigas, Si cupias pictrices eximias  
 adducam Hirenem, Martiam, Tanurim Myconis filiam  
 Camillam Palauicinam, Luciam Venetam. Si velis bel  
 lo prestantes, non deerit Athalia, Alexandra He  
 breæ, Beronicæ, Iabel, Mannia, Pantasilea, Semiramis  
 Tomyris, Cleopatra, Zenobia, Hippolyte, Valasca,  
 Hipsicratea, Athalita, Amalafunta, Delbora, Ioan  
 na Gallicana mulier, Maria Puteolana. Verum si forte  
 velis pudicicia illustres Equæ maritis suis nihil anti  
 quius aut potius habuerint, non defuturas scito, sunt  
 enim plurimæ in mentē mihi primū venit Alcestis ad  
 meti Thessaliæ regis vxor, Artemisia, Bilia, Britona,  
 Claudia Claudij Apolmaris filia, Coclia, Euadne, Eu  
 ridice, Egeria, Iulia, Lucretia, Laodomia, Penelope,  
 Portia, Procris, Sulpitia Lentuli vxor, Theosma, Tu  
 tia, Turia, Kirginia, vtinam plures maritos comperire  
 liceat, quæ tantam fidem tantamq; suis vxoribus be  
 neuolentiam prestarent quantam Enunc Colim mari  
 tis vxores prestiterunt. Sed vereor ne dum vni place  
 re studeo, multis interim displiceam, ac molesta sum, dic  
 obsecro. Gili, satin commonstratum putas quod heri  
 commonstraturam recepi? G. Satis opinor, verum si  
 tu excellentiores probaueris, mox tibi cessero, illud tu  
 certe ( si quid est in me iudicij ) nondum probasti? c. l.  
 Heus Sharra, an nō euenit quem admodum ego tibi fu  
 turum prædixi? s. b. Ita prorsus, agnosco hominis Cal  
 lidum ingenium, ibi istud etiam quod nunc abs te petit,  
 probaueris, illico alios inijciet serupulos, qui te male  
 habebunt

habebunt, plasq; facesset negotij quam antea. GI. Vna  
 de quæso tam iniquam opinionem de me concepisti?  
 profecto, si in feminas tam acerbus essem, quam vos  
 mihi suspicari videmini, multa Camillæ obicissem quæ  
 tamen prudens præterij. c. A. Fecisses tu mihi, quidem  
 rem gratissimam. GI. Per me quidem (vt in genue fas  
 tear) non stetit. Adepol decreueram diluere illa om  
 nia quæ tu adduxeras, effecit tamen Sormanna impor  
 tuna quadam efflagitatione vt mihi temperarim. Po  
 tuissem ego facile si voluissem vnicuiq; illustrisæminæ  
 decem nepharias & scelestas opponere, multaq; mala à  
 fæminis orta prolixa narratione commemorare. c. A.  
 Mihi quidem nihil optatius potuisset contingere, ea  
 enim præstantiora vidcri solent, quæ oppugnata fue  
 rint. Ostendi nunc fæminas omni virtutis genere ita  
 ornatas, vt viris facile pares videri possint, restat  
 modo, vt excellentiores probem, quod certe paucis  
 expediam, tum quod verear ne vos longæ orationis  
 prætedcat, tum quod res sit admodum facilis. Non ne  
 gabis Gili, pro tuo pudore, quin argumenta à nominis  
 vi ducta, plurimum momenti habeant, ad ea quæ velis  
 probanda & constabilienda: id enim præter cæteros,  
 Cyprianus in libro de monte Sina aperte indicat, dum  
 Adami Ethimologiam diligenter excutit, quam postea  
 Augustinus, à quo dissentire pudeat, in eam quam in  
 Psalmos enarrationem conscripsit, fatetur transtulisse  
 atque vsu pro sua: hanc argumentandi formam nulli  
 dialectici (quod sciam) vnquam repudiarunt. Eua  
 itaque vitam significat, Adamus verò terram, dedus

cas



eas nunc tu conclusionem siue maius cum Cicerone con-  
 nexionem appellare. Ego ad alia festino, non omnino  
 ridiculum futurum puto, si à loco pariter argumēta-  
 mur. Eua in illo amenissimo deliciarum loco facta,  
 Adamus verò in Agro, solitum est autem si quid pre-  
 tiosius facturus sis, illud in secretiore ac nitidiorē par-  
 te domus efficere. Mulier igitur excellentior quæ in  
 tam illustri & excelso loco facta sit. Tradunt præte-  
 rea diuinæ literæ feminam vniuerso orbi salutem pepe-  
 risse. Adde illud, Habraamo imperatum fuisse, vt Sa-  
 ræ vxoris imperata faceret. Hæc faminei sexus excel-  
 lentiam ne putes in iris prudentiæ consultis incognitam  
 fuisse, à quibus cautum est, ne vlla femina quantūuis  
 ære alieno oppressa, possit in carcerem detrudi, vnde  
 que prodit ac sese exeret mulierum dignitas & excel-  
 lentia, ita vt tantum cælestium contemplandorum gra-  
 tia factæ videri possint. Si enim dent operam liberis,  
 cælum suspitiunt, si cadant cælum suspectant. Cælum  
 deniq; semper cogitât, si velim nunc Gili, quæ possim  
 oïa afferre, vereor ne postea satis sit otij ad ea narrã-  
 da quorū gratia huc venimus. Hoc enim (vt scis) non  
 erat instituti nostri, sed nescio quo pacto in hæc sermo-  
 nē venimus. Quo tu autem cæperis consilio nonnullarū  
 fæminarum existimationem labefactare, ego quidem  
 ariolari non possum. Verùm si tu Vincentio auscultasses  
 cuius acre & perpolitum iudicium tanti facere vides-  
 ris, profecto lingue fræna micisses, & eo quidem  
 minore negotio, quòd non ex animo illud faceres, sed  
 tantum vt nos prouocares: bene irritasti nunc, vt est  
in pro-

in prouerbio Crabrones, præstatet nimirū tacuisse mi  
 Gili, sed tu te hoc intristi, tibi omne credendum erit.  
 M. A. Cur omissum est Camilla ostendere, nos etiam vi  
 ris pulchritudine excellere? C. A. Non arbitror quæ  
 quam esse qui neget. M. A. Ego sanè multos repperi.  
 C. A. Hui, quàm stolidi erant, quàm à mente miserabil  
 iter destituti & bonarū disciplinarum expertes. E qui  
 dem quotiescunque in id genus hominum incido, (inci  
 do autem sæpius quàm velim) non possum effari quan  
 tis lachrymis illorum cæcitatem ac rerum omnium igno  
 rationem deplem. Ego sanè multos sæpissime video  
 barba tam promissa & densa, vt lac lacti neque ouum  
 ouo tam simile sit, quàm ipsi vsis ac siluestribus belluis  
 Nonne Mathematici omnes plus esse in nostris corpo  
 ribus proportionis adfirmant? præter id, nobis quidē  
 caro & mollior & tenera magis, cutis candidior, ven  
 ter rotundus, crassiora femora, Barba genas non infu  
 scat, dētes sunt & minutiores & candidiores, pectus,  
 humeri, tota denique corporis nostri constitutio præ  
 stantior est. Plures etiam è fæmineo sexu scriptorum  
 monumentis pulchræ celebrantur, Quid enim tam ar  
 duum ac difficile, quod nostra pulchritudo non queat  
 efficere? Potuit Anaxaretis forma ipsum ad laqueū  
 perducere: Argia verò, Cyrene, Castiantra, quid  
 non expugnarunt? Ecamedæ & Marianna, qua forma  
 fuerunt? nonne ea quæ ad Deos proxime accedunt. An  
 non potuit Europa Iouem amore accendere? Hippo,  
 Niera, quæ Helenam formosissimam longo interuallo  
 superabat. Orythia, Polyxena, relinquo infinitas, vos

D tantum

tum duo, aut a. I summum tria paria mihi numerabitis.  
Quare Gili, caue ne sis in tanto errore, ut non credas nos in hac parte quem a. I. in alijs excellere.  
Ego certe ad amouendam falsam hęc tuam opinionem satis esse putaram duas adducere Gallicanas mulieres, nempe Mariam Petrauiam, ac Sibillam Seuam, quibus præter excellentem oris figuram, ea est animi præstantia, ut nihil antiquius habeant pudicitia & pudore, ac sedato cupidine, nihilq; tam diligenter student, quàm Dei opti. max. metum, parentum amorem, ac cognatorum concordiam: hæc duæ inquam Gili, eiusmodi sunt, ut naturæ miracula dici merito queant, utinam in quo hoc nostro seculo plures huiusmodi comperire liceret, profecto non essemus tam abiectæ & contemptæ, neq; vos viri tam miseris modis despicias habere retis, sed quid dixi? amens, utinam haberemus potius tot viros, nam optimarum, facinarum multo amplior est numerus, quanquàm ex vniuersa Gallia duas tantum se legerim, non me tamen latet multo plures esse. memini enim cum Lugduni essem in ea vicinia in qua habitabam, cognouisse Claudiam Peronam, mulierem ingenio amabili & is dotibus ornatam, quas in viris (etiam celeberrimis) plerunq; desideramus, sed nunc demum intelligo quid sit in planitiem prouocare equitem, erat animus unam tantum aut duas ad summum ex ijs quas Lugduni nouissem attingere, sed me tamē Claudiæ virtus compulsi, ut eius quoque mentionem facerem, undiq; in clamari ex audio, ne sui nominis obliuiscar, sed non faciam, aggredere enim laborem cui hercules

entis par esse non queat, intelligis Gih, quàm multo  
 difficilius sit huiuscerei exitum quàm principium inue  
 nire. G I. intelligo, atq; me grauitor, multifariamque  
 peccasse agnosco, neque commeritam penam depre  
 cor. Confiteor me victum sancteque iuro, nunquam  
 eo dementia amplius prolapsurum, vt aliquando cogi  
 rem viros feminis ex illi parte prestare, C I M A. Pos  
 stea quàm istæ controuersia quæ nobis aliud cogitan  
 tibus, exorta est, ad finem ( vt vides ) Vincenti perda  
 ta est: curemus quæso sedulo, vt priusquàm nos diu  
 s deficiat, ceptus absoluat sermo. Nos quidē tam lon  
 ge expatiati sumus, vt se è instituti sermonis obliu  
 mus. Illud auebanus intelligere, vnde nobis tam varij  
 mores existerent atque naturæ, ea caussa tot hominum  
 descripta fuerant ingenia, res omnino ardua videtur:  
 sed quid potest esse tam arduum quod Giudiccioni nos  
 stri excellens ingenium non peruestiget? te Giudiccione  
 expectamus, nemo te facilius quidquid est oneris susti  
 nebit, oēs ad te deferri volūt, teq; Philoſophantē audi  
 re cupidissime expectant. G V I. Facis mihi insignem  
 iniuriam Ciname, qui sic meam imperitiam cum infan  
 tia coniunctam traducere cupias. Hoccine est amici  
 hominis? Hoccine ingenui animi officium? C I M A.

Agnosco Romanæ aule mores, cuperes precibus  
 obtundi. Equidem, nisi tu nobis hac in re morem ges  
 seris, nos te cum Giudiccionem esse negabimus quæ  
 omnes predicant, nempe facili natura, qui nulli ad  
 uersetur, qui omnium studijs obsequatur, & om  
 nium sapientissime vitam instituit.

Deliberanunc tecū quid tu malis, vel obstinate in sen-  
 tentia permanere, vel nobis tui cupientissimis morē ge-  
 rere! **OV** 1. Nihil certe tam mihi vnquam in optatis  
 fuit, quā vn̄ intelligeretis quantopere cupiam omni  
 benevolentiae genere vobis me quā gratissimum pro-  
 bare, ita vt malim existimationis, quae mea vita carior  
 est, iacturam facere, quā vobis libidini aduersari,  
 quā verō sapienter, viderint alij. Illud certe fuit  
 mihi semper in omni vita propositum, vt nihil recu-  
 sare, aut difficile existimarem, quod vobis gratissi-  
 mum esse intelligereui. Quare, quidquid hic in ge-  
 nij mei imbecillitas prestare poterit, efficiam cum  
 libenter, tum etiam diligenter. Plurimae sunt (vt sci-  
 tis) Philosophorum scētae quae de moribus tradiderūt,  
 vt Academica, Cirenaica, Eliaca, Megarica, Eroiti-  
 ca, Stoica, Pcripatetica, ad has ego, cum aliis in hac  
 cogitatione essem contuli me, diuq; apud illas versa-  
 tus, didici non posse hanc disciplinam quae ad mores  
 spectat, vllis comprehendisyllogismis: Sed vario vsu,  
 longaq; obseruatione, ac multitudine, hominum praeterea  
 mores sapissime mutari. Sunt enim quaedam  
 nationes, vt inquit Iulius Firmicus, ita à caelo for-  
 matae, vt propria sint morum vnitate perspicuae, affert  
 ille nonnulla exempla, vt Stollidos Gallos, iactabun-  
 dos Hispanos, voluptarios Asiaticos, acutos esse Si-  
 culos, sed exemplorum iam vos fortasse tenet satietas:  
 habent itaque singulae nationes à superis agnata sibi  
 morum discrimina per quae facile queant dignosci. Si  
 quis nunc alias rationes afferre conetur, laudet ille  
 quidem

quidem ( meo iudicio ) operam omnem: non enim fieri potest ut quis tam acuta ingenij acie sit , aut tam consummata cruditione, qui scire queat cur Ligures mendaces, aut cur sint Insubres tam extoriorum amantes. Profecto, si omnium ingenia & lingua id effari cupiant, certe non poterunt. Istæc igitur ingeniorum multiplicitas, ab illa rerum omnium parente natura prouenit, cuius arcanam ratio inuestigare aut perquirere possit.

Et quidē, rei difficultas deterruit me sæpe. Verum cum super hac re sermonem semel atq; iterum cum doctissimis uiris habuissim, neque aliud unquam extorquere potuissim, quam ita à natura constitutam esse, excepit ego quoque in hac sententia conquiescere, in ea futurus, quoad meliorem inuenissim. Vos si quid melius eade re animo conceptum habetis, promitte quaeso, ut nunc etiam, quemadmodum semper solco à uobis doctior & exultior, discedam. Equidem hac in re illud contigisse arbitror, quod etiam in promulganda Hiætorum lege contigit: traditum est enim à Iustino Philosopho pariter & Martyre, Deum optimum maximum inperasse, ut lex ipsa promulgaretur, legis autem interpretatio inuincit: ita etiam concessum puto, ut varia esse hominum ingenia dignoscere mus, huiusce autē rei causam latere uoluisse, quemadmodum & alia multa, quo nos semper discipulos habeat. Multis sanè uerbis in hanc sententiam Philosophatus est politissimus ille tuus uel noster potius Cuidiccionus. Subueneriq; interdum uidebatur ne nobis parum satisfecisset, propterea quod nullas secretiores causas attulisset. Sed

D 3 cum

eam omnes qui in illo præclaro & ornatissimo con-  
 stitu docti numerabantur, non posse vna voce, vnoque  
 consensu alias afferrationes exclamassent. Factus  
 ipse multo hilarior, alias etiam, perinde ac si de sua in  
 nos læticia transfudisset, exhilarauit, sicque dies ille cõ-  
 sumptus est nobis. Nolim existimes Franciscæ, reli-  
 quos dies in more voluptate consumptos fuisse, nos mo-  
 do vicinas villas adibamus, modo Trigonal: pila exer-  
 cebamur, bona pars Auiculis merdias struebat, aut le-  
 pores venabatur. Quisque suo arbitratu vivebat, atque  
 ea studia quæ maxime expetebat, sectabatur, ipsaque præ-  
 mium constitutum erat, qui nouum aliquod honestæ vo-  
 luptatis genus excogitassent. Quæ autem maiore vo-  
 luptate vincens tuus detineretur, nosti tu optime  
 qui illo multos annos familiarissime vsus es, ego ve-  
 rò non poteram transactum vnguem discedere à Lus-  
 douico Bernardo Bernardino, Chionico, ac Paulino  
 Florentinio, quorum suauissimi mores, omnibus sunt  
 & grati & admirabiles. Consumpsimus Forcij (nisi  
 hic fallit memoriæ sensus) duo de triginta dies, tanta  
 iucunditate, vt nihil in terris beatius facile crederem-  
 us. Equidem, nisi solidum istud gaudium oborta con-  
 tamasset ægritudo, supercessim omnium fortunas, &  
 vicis omnium ac præta contempsissem, obrepit autem,  
 dum è balneis redirem, sæuissima febris quæ me ita as-  
 criter torfit, vt supremum diem aduenisse interdum per-  
 timescerem: consistari possunt ægram hanc meam ve-  
 letudinem abantes literuæ, facere tamen non possum  
 quin carum rerum iucunda recordatione totus gestem.

Dum

Diu hęc ad te scribebam, torquebar inclementius; alioqui fuisset fortasse paulo diligentior, scio me multa somnuculose persecutum, tanta tamen his describere perfundebar voluptate, ut insonus facile vidcri possem, optabamq; mihi, veluti Terentianus ille Cherea, dari aliquē qui percunctado obtunderet: quid gestiret quidve letus essem. Perscripsimus aut istac; ut tu quoq; gaudiū hoc nosirū gauderes, atq; me tui amātis. qui nullum locum prætermitto tui exhilarandi intelligeres, utinam istuc ipsum faceret crudelis illa tua podagra, per quam fructu iucundissima tuę consuetudinis tandiū caruimus: sed spero propediem futuram ut hanc iacturam aliquando resarciamus. Posteaquā me febris destituit, Lucam venimus, eo consilio, ut omnem illam regionem diligenter perlustrarem, atque Lucenses delicia ex interuallo regustarentur, quod certe nobis tam iucundum fuit, quā quod maxime.

Iam enim per totam urbem fama persuaserat, Forciū ante aliquot dies aduentasse viros & doctrina celebres, & splendido apud suos loco natos, quorum in sperato aduentu, non solū vehementer lætati sunt, sed omnem etiam nauarunt optam, quo honorificentissime (quemadmodum eorum dignitas promerebatur) exciperentur. Nullus itaque fuit qui nos lauta cūna, aut oppiparo prandio non exceperit: si qui erant, quibus res angusta domi esset, non desinebant illi tamen amicę voluntatis non vulgaria præbere argumenta. O admirandam & inauditam benignitatem, ô, nunquā satis laudatam mansuetudinem,

cur



cur quemadmodum Deus optimus maximus fluxit  
 Lucensis meos tam proluxa, beneficaq; natura, cur nõ  
 item earum laudes scripturienti, eam præbuit facun-  
 dian, quam olim Q. Hortensio, aut cur non eos mihi le-  
 pores ac scribendi vences dedit quibus Sadoletos,  
 ac præstantem iulium Camillum ornauit, dispercam, si  
 vllum vnquam eloquentiæ genus à me alia de causa  
 expetitum est, quàm vt vniuerso orbi Lucensia orna-  
 menta innotescerent, meamq; erga illos obseruantiam  
 quouis modo declararẽ. Quanquam eo ingenio pleris-  
 que omnes sint, vt nihil tam detestentur, ac totis volu-  
 ntimibus consendant, quàm ambitiosos homines & po-  
 pulares aures captantes: neque ignoro quàm inique  
 mecum hoc tenue præconium laturo sitis, nam si vos hu-  
 iusmodi rebus delectaremini, non dubito minime defu-  
 turos, qui vos vestraque præclara gesta plena manu,  
 plenaq; ore dilaudarent, & ad cælum vsq; ferrent. Sa-  
 tis enim futurum puto GERARDVM DICAEVM  
 is enim cultissima & politissima oratiõ, humilia quæ  
 que ac humili reptantia in cælum ferre potest, quanto  
 igitur minor negotio vos poterit? quos iure omnium  
 à annalibus dignos existimo. Dum conuiuia agitare-  
 mus, ad aures nostras (nescio me hercules) quo nun-  
 cio peruenit, non procul esse locum quendam, vbi vir  
 habitaret eximia pietate, cui nomen Augustinus Fui-  
 ranus, hunc inuimus, multaq; cum eo, de gratuita in  
 nos Dei optimi maximi beneficentia familiariter collo-  
 cuti sumus, is ita animo s nostros accendit, atque infla-  
 mauit, vt toti Diuinarum rerum desiderio ardere videretur

remur

venit, neq; quisquam inter nos fuit, qui in animo suo, statueret, totum se Evangelicis studiis tradere, capimus ob id diligentius disquirere sicubi viros nancisci possemus sacrarum literarum lectione exercitatos, neque vanus omnino hic labor fuit, Virum enim Gambasij comperimus, qui præter secretiorum literarum cognitionem, mira esset continentia & prudentia, hinc (si bene memini) nomē erat Franciscus eiusdē loci, vir mediocri statura, atro colore, naso ferè aquilo, admirabili taciturnitate. Dissertuit ille tamē multa nobiscū de mortis contemptu, de calcandis sæculi opibus, de non ledendo proximo, de fide, de spe, postremo de Christi Iesu crudeli supplicio, atque hic, tam ardens fuit, ut è filice lachrymas excutere potuisset, peccata nostra & eius sanguine, qui ut nos redimeret, cruci suffigi voluit elui, ac penitus aboleri, multis sanè verbis docuit, valdeq; nos cohortatus ut ita vivamus, quemadmodum si crederemus quemcunque dicim nobis supremum, illaxisse, in diurnarū literarū lectione frequentes essemus, neq; unquam evangelicos codices de manibus poneremus, sed nocturna, simul ac diurna manu versemus, hinc Dei optimi maximi præclaram vos beneficia intelligetis, non enim aliunde æternū ac cælestē patrem cognoscere poteritis, etenim, per suum ipsius verbum intelligi voluit. Sic enim ipsemet de se ipso loquens, inquit, scrutamini scripturas, illic enim, optimā & certam de me cognitionem habebitis. Monuit postremo tanquam filios ac familiares amicos ut perditorum hominum amicitias effugeremus, futurum, ut tales essemus,

mus,

mōs; quales essent ij quibus cum familiaritate & cōsuetudine cōmūcti fuerimus, hoc etiam Diuina cōtestantur-litera; Cum sancto sanctus fies, cum iniquo iniquus eris. Quod sanè, si faceremus, nō tot uepharia scelera admitteremus, utinam nobis esset qui huiusmodi uerbis crebro uires personarent, sed prò, Dii immortales, habemus qui nos ad nequitiam instigent ac sollicitent & à uita & rectitudine quantum possunt abducant. Posteaquam tandem cum illo fuidus, quantum satis esse putauimus, in urbem reuersi sumus, atque consilium capere cepimus quā nā potissimum uia in Insubriam rediremus, illuc enim ob nonnulla grauissima negotia diēs aliquot cōsumpturi eramus. Venimus itaque primum Florentiam, quanquam illac iter facientes, non nit à recto cursu desisteremus, sed ita nōnullis morem gestum oportuit; qui in elitam & florentiam illam urbem uidere perciperent, ego uerò Franciscæ; & si aliās uiderim; ita tamen illius urbis mirifico conspectu delectatus sum, ac si nūquam uidissem: offendimus illuc multos doctrina & morum suauitate celeberrimos. In primis Philippum Strozam & Franciscum Nasum, inde, durissimas alpes traicimus, atque ad eam urbem uenimus quæ cum studijs florentissima sit; cæteris etiam dotibus ita excellit, ut paucas habeat à quibus superetur. Quotidie publicos professores adhibemus, qui certe sunt clarissimi nominis. Audiuimus Romulum Amasæum mitiores literas profitentem, at quem uirum; Quicumque uerò Philosophiæ studijs delectabantur, ad Ludouicam Buccasferream accedebāt.

Istanta

In tanta herculeis facilitate sensus eliciebat ac au-  
 dientiis tradebat, ut nemo magis. Comitabatur nos  
 officij causa Philenius Lunardus, ac Michael Ventu-  
 ra, qui cum nobis gratum facienda cupidissimi essent,  
 ad iuuenem priuatim Graece profitemem d. duxerunt,  
 hunc Bassianum Landum vocitant, tanta bonarum ar-  
 tum cognitione instructum, ut omnes admirantur, ac  
 stupeant. Sumpserat eo tempore Homeri Poemata chari-  
 randum, atque ita narrabat, ut praemagna admiratio-  
 ne manus in caelum tolleremus, nos in animo nostro de-  
 creueramus ibi diutius agere. Sed cum Crucianus cre-  
 bris literis a senatu ad reditum sollicitaretur, ne tantum  
 seruis comitatus rediret, consilium illud amplius com-  
 morandi abiicimus, atque vna Mediolanum venimus,  
 itum est nobis obuiam a multis cum fortuna, vna do-  
 ctissima claris. Ego vero, cum primum in urbem veni,  
 atque domum meam omnia (ut vellem) esse cognoui. Cæpi  
 literis quantum memoria suppeteret Forciana gestatio-  
 nare. Vix libellum complicaram cum subito nuncia-  
 tum est Neapolim excurrendum esse, quo cum peruenis-  
 sem, repperi descriptos fuisse hosce nostros sermones  
 a studioso iuvene, cumque intellexissem urgeri a multis  
 ut excudendos daret, data est a me diligenter opera,  
 ne in lucem venirent, hos cum non possem neque pecu-  
 nia, neque precario elicere, curavi ut furtim surripes-  
 rentur. eos etiam cum his quos mea manus scripsi, mitto.  
 Sed tamen vereor (ne ut est in proverbio) e patella  
 elapsi, in prunas decidamus, si quidem Neapoli, non est  
 ea impressorum copia quam intelligo Lugduni esse.

Vide

videt modo tu, postquam tam iniquo fers animo tuum no-  
men scriptis commendari, ne quispiam ex impressione  
referat, ego tua causa diligenter omnia mea opera, cu-  
ra, gratia & diligentia, neque usquam imprimantur cu-  
rabo, neque istuc tantum à me curabitur, sed quid quid  
imperaueris, quando plus voluptatis ex tuo imperio  
sentio, quam si mihi imperanti, totus terræ orbis obtē-  
peret, ad hoc, me excellens tua virtus adiecit, huc me-  
tuorum meorum suauitas pertraxit. Hortatum tamen  
te velim, ut si te quis ad huius nostri libelli impressio-  
nem compulerit, vel mecum nomen demas, vel fictitium  
aliquid ascribas, hoc enim quantum mea inter sit non  
ignoras, tum quod omnes meos sensus probe teneas,  
tum quod ea es solertia præditus, ut ea etiam  
intelligas, quæ maxime tectæ esse volu-  
mus. Vale & meo nomine do-  
mesticos omnes salu-  
luta.

# ANTI OCHVS LOVINTVS FRAN- CISCO TVRCHIO

S. P. D.



VD I Q Francisce temibi gravis  
ter succensere atque infortunium  
minari, propterea quod Forcianas  
questiones tuo nomini dedicatas,  
excudēdas dederim. Equidē eo sum  
ingenio, vt non facile cuiusquam  
minis commouear, quanquā atrocissima interminen-  
tur. Pluris enim semper ab eo tempore quo cæpi hu-  
maniores musas colore, studiosorum commoditates  
feci, quā cuiusquā bencuolentiam: legeram enim  
hunc libellum semel atque iterum, suiq; partim stili dul-  
cedine, partim ipsa narrationis varietate ita captus,  
vt omnino mecum deliberarem studiosis omnibus tam  
vtilem & elegantem libellum, vcl capitis periculo cō-  
municare: neque me clam erat parum æquo animo te-  
sturum, sed quid mea? quando, vt ( antea dixi ) ne pili  
quidem facio cuiusquā minas ( modo fructus aliquis  
constet ) hac verò lectione vberrimum quisque percipit.  
Sic graphice Italicorum nationum ingenia descri-  
bit, & tam acute disputa; nolim inquires Francisce,  
pro mea animi modestia laudes quibus in cō libello or-  
nor, vllius scriptis cominendari. At hic; pudorem pla-  
nē

ne subrepticam agnosco, Interrogatus nescio quis; cer-  
te sapiens & alta respectans, quam vocem libentissi-  
me audiret, eam inquit, quae me laudaret. Quis unquam  
tam rudi ingenio fuit ut laudes asperna- etur, prefero  
tim si à laudato viro proficiscantur! Cupiū laudari ne  
ianus Hector, sed non nisi à laudatissimo viro: non est  
igitur cur tam egre feras, laudauit te iuuenis & opti-  
marum artium perquam studiosus & vitæ innocentia  
maxime florens, atq; quantum ego, de alijs etiam, fide  
dignis intelligo, non iniuria laudauit. Fecerant tamen  
minaces illi: literæ ut omnino aliter iam suspicari inci-  
perem. Veneratq; interdum non mentem subuceri, ne tu  
Hypocrisi quadam istud faceres, cum te laudatoribus  
tuis tam insensum ostendis. Equidem, nihil erat quod  
tantam bilem concitare posset, ( si vera sunt quae au-  
dis ) audis aut neminem esse qui te, pluris faciat fœmi-  
næ sexum, qui plus amet, qui effusius laudet. Cirata  
igitur tibi esse debue, at mea voluntas, neq; istud meū  
factum tantopere detestari debes, siquidem, nusquam  
plenius laudantur, quam in hoc libello. Demde iam de-  
scriptus erat plusquam in recentia exemplaria, sed stul-  
te facio, qui me de tam honesto facinore purgare co-  
ner. ne Deus quidem optimus & maximus qui nutu po-  
test olympum concutere & omnia diruere, efficere po-  
terit, ut facta sint infecta, clamites nunc, obiurges,  
vociferis, ac caelum terræ misceas quantum velis, ego  
sanè pulcherrimi facti conscientia fretus, neque te, ne-  
que aliam quinquam metuo. Fieri tamen non potest  
quam pebementer dolcam inde mihi similitates nasci,  
vnde

vnde sperassem potius laudem, ac mirificam gratiarum  
actionem. Valc, & me tui studiosissimum ama.

**F I N I S.**

Admissum per Petrum Curtium, Pastorem  
Dni Petri Louaniensis, 29. Iunij  
Anno 1550.

Typis Iacobi Bathenij.



ut subraſticam agnoſco; Interrogatus neſcio quis; cer-  
te ſapiens & alta reſpectans, quam vocem libentiſſi-  
me audivit, cam inquit, quæ me laudaret. Quis unquam  
tam rudi ingenio fuit ut laudes aſperna- etur, præſer-  
tim ſi à laudato viro proficiſcantur? Cupit laudari ne  
ianus Hector, ſed non neſi à laudatiſſimo viro: non eſt  
igitur cur tam ægre ſeras, laudavit te iuvenis & opti-  
marum artium perquam ſtudioſus & vite innocentia  
maxime florens, atq; quantum ego, de alijs etiam, fide  
dignis intelligo, non mirria laudavit. Fecerant tamen  
minaces illi literæ ut omnino aliter iam ſuſpicari inci-  
perem. Veneratq; interdum nomen ſubuceri, ne tu  
Hypocriſi quadam ſtudias, cum te laudatoribus  
quis tam inſenſum oſtendis. E quidem, nihil erat quod  
tantam bilem concitare poſſet, ( ſi vera ſunt quæ au-  
diſ) audio aut neminem eſſe qui te, pluris faciat ſæmi-  
nucum ſexum, qui plus amet, qui effuſius laudet. Grata  
igitur tibi eſſe debuerat mea voluntas, neq; iſtud meum  
factum tantopere deteſtari debes, ſiquidem, nuſquam  
plenus laudantur, quam in hoc libello. Deinde iam des-  
criptus erat plus, quam in trecenta exemplaria, ſed ſtul-  
te facio, qui me de tam honeſto facinore purgare co-  
ner. ne Deus quidem optimus & maximus qui nutu po-  
teſt olympum concutere & omnia dirure, efficere po-  
terit, ut facta ſint infecta, clamites nunc, obiurges,  
vociferis, ac cælum terra miſceas quantum velis, ego  
ſane pulcherrimi facti conſcientia fretus, neque te, ne-  
que alium quinquam metuo. Fieri tamen non poteſt  
quam vehementer dolcam inde mihi ſimilitates naſci,  
vnde